

II
138109
Incunabel

ES

DIogenes
LAERCIVS



II

138109

Incunabel

¶ Benedictus Brognolus generosis patricijs Vnetis Laurentio georgio: *Iacoboque*
Baduario, Sa. Plurimam. D.

Imonē ferūt optimi iuuenes cū ex eo arat⁹ quēssisset quonā pacto opa Homeri:
¶ q̄ sine mēda essent cōparare posset: rñdisse si aliq̄ antiqua exēplaria incidisset: nō
aut in ea quā iā ab aliquo fuissent emēdata: q̄ videlicet aggressi castigare ea volu
mina volētes ipsa corrigere deprauassēt. Hoc nescio an factū sit vt possit dici sup̄ Dio
gene Laertio: quē vt iussistis suscepi recognoscēdū. Nā p̄ viribus qdē dedi operā vt ad
eā integritatē ip̄m reducere q̄ traductus fuit. Sed ad h̄mōi rē q̄ p̄culdubio ē vtilissima
opus ē et tū iudicio quodā nō mediocri: qd̄ ex tenuitate doctrina mea sentio: q̄ in me
fit exiguū: tū ēt aīo alijs curis vacuo: ac aliquāto spacio t̄pis q̄ ex lectiōibus meis & pu
blicis & priuatis: alijsq; occupatiōibus q̄ parce mihi tribuātur vt ipse taccā vos mihi te
stes estis: q̄ optime nostis quā raro ac difficulter mihi vnq̄ det̄ ocioso cē. Sed vtcumq;
sit: q̄ ad me attinuit p̄ sucepti muneris officio illud arbitror me cōsecutū esse: vt nō ali
ter a fratre ambrosio q̄ e gr̄co in latinū cū vertit (hoc. n. maxie quā sitū ē) traductus
fuerit q̄ magr̄o Nicolao a me traditus fuit imprimēdus: exceptis tantū mō epigrāma
tibus & versibus quibusdā quos ab illo p̄termis̄s cōponēdos curauimus ei; adden
dos. Neq; vero facile videre potui quonāmō honeste possem aut munus hoc qd̄ vt su
ciperē rogabatis recusare: aut suceptū q̄ accuratissimē liceret nō obire: vel ex cōi officio
quo tenemur oēs si possumus aliqd̄ vtilitatis in mediū afferre: cū p̄sertim ad studia lit
terarū p̄tineret: quā laudes plures sunt ac maiores q̄ vt verbis eas quī sp̄iā q̄rūtis dīfer
tus sit atq; eloquēs satis p̄ dignitate cōplecti possit: si mō is sim qui ea in re quicq̄ cōfer
re valeā. Sed cū his ratiōibus facile aductus sum: vt morē vobis gererē: illud tñ nō dīssi
mulabo: tātā iucūditati mihi ēē: videre quā fuerit vita vniuscuiusq; philosophi: quod
Diogenes dilucidissime tradidit. vt vel hac re sola facile potuerim persuadere: vt hūc li
brū recognoscere: ne dum cū hac in re eadē opera & mea possē & vestra satisfacere vo
lūtati: quos p̄ vestris meritis tāti facio quāti quos plurimi. Nisi forte vacātes medici
nā cū legant aliquod opus Hippocratis q̄ primus medēdi p̄cepta clarissime fecit. cōdī
disse: aut Diocli carystij q̄ fama atateq; secūsus extitit. aut alicuius alius eius artis ac
sciā magistri: flagrēt cupiditate interdū: vt sciāt quā fuerit patria eorū: q̄ maiores & re
liqua q̄ ad ipsorū vitā pertineāt: Dediti studijs philosophiē nihil moueant scire aliquid
tale de Platōe aut Aristotele alijsue philosophis: quorū aliquod opus legāt cū illi cor
poribus: hi aut aīs qui lōge nobiliores sūt & curādis & excolēdis incubuerit: Quid q̄
in hoc libro cōtinetur et origo philosophiē: vt aucta fuerit vt ad summū pducta: quoc
ptes habeat: & quas: cū sententijs vniuscuiusq; philosophi: & factis egregijs: atq; adeo
ita vt hac oīa tanq̄ in pictura p̄posita tibi liceat intueri. Ergo si a Diogene vnū horū tā
tūmodo traditū esset nō inuitus perlegerē: cū hec oīa sit cōplexus nō libet̄ legā. Ego
vero ipsū etiā libentissimē & legi & lego: ex quo nō mō cognitionē multarū rerū conse
quor quā mihi sum opere placet: verū et copiam exēploꝝ: qualia ex sumis viris in omni
genere sciā p̄stātib; haberi decet. Quod si nō oīa p̄banda sūt q̄cūq; tradiderint oēs
hi philosophi: mihi tñ iucūdū ē videre q̄ fuerint academici: q̄ elieſes: q̄ italici philosophi
& alijs: itē qd̄ vnusq; seſerit: & cur & ex errorib; aliorū vidēdis sit vt veritatē melius p̄ci
piā & i ea validius et aīus cōfirmet. Quā oīa et alijs q̄cūq; hūc librū accurate p̄legerit
nō dubito cū sūma iucūditate euertura: cū p̄sertim mēdā sublata fuerit & corruptiōes
q̄bus plerūq; lectores adeo grauiter offendunt vt vel eis solis a legēdo prorsus deter
reant: & oīa ita sint distincte: vt ad ea intelligenda lecturis nulla difficultas sit futura.
Vnū tñ veli nemini occultū ēē: et in gr̄co qdā esse loca vbi aliqd̄ deſit: q̄bus exceptis
nihil ēē arbitror qd̄ nō recte sese habeat. Accipietis ergo recognitionē nostrā ea mente

Com. d. h. t. d.

*Hippocrates Alidius
Diocles Carystius*

qua vobis dat & ita accipietis: vt si nō oībus partibus q̄rit absoluta: nō volūtate: sed fa-
cultate defuisse existimetis. Valete. Venerijs pridic idus Augusti. MCCCCLXXV.

Fratris Ambrosij in Diogenis Laertij opus ad Cosmam medicem epistola.

Oluētī mihi q̄dam grāca volumina venit ad manus Laertij Diogenis de Phi-
losophis plixum opus. Id & si auctori plus ī legēdo studiij q̄ ī scribēdo diligē-
tia fuisse ex ipsa lectione deprehēderā: q̄a tñ varia erat historia: & plurima cō-
gnitu necessaria cōtinere videbat: latinū facere amicis maxime id fieri orātibus statui.
Quāq̄. n. sacris trāsserēdis iā pridē studiū oē tēpusq̄ deuouērā: atq; id religiōis instituto
magis cōsentaneū: ab hoc tñ veluti curriculo modice deflectere vt studiosis morē ge-
reret: haud q̄q̄ reprehēibile existimaui: imo hoc ipso labore meo fore vt christiāa pietas
& grā dignitas magis patefceret: ac p̄ id fides ī deū p̄mptior ac ardētior surgeret ra-
tio verissima suadebat. Qñ. n. iter illos q̄ sapiētie secularis fuere p̄cipes tāta de deo re-
busq; & diuīs & humāis opīnionū cōcertatio ē: vt se iuicē destruāt: neq; vbi cōsistas re-
pire possis: maiore p̄fecto alacritate aīus diuīa dignitatis amplectit grām: atq; ad fō-
tē veritatis accurrens veteris s̄q̄llorē miserat erroris: & si. n. apud illos sparsum p̄babilia
C q̄dā & veritati cōsona iuenire ē: mēs tñ tāta opīnionū varietate fatigata libētius & gra-
tius itra cubicula veritatis se recipit: & diuīs libris ac litteris hauriēdis maiori deī cōps
desiderio inhiat: & ipsa tñ q̄ apud nobiliores quosq; philosophos de deo de cēlo corpori-
busq; celestib; de natura rer; subtiliter ac vere disputata sūt veritati christiāa maxime
astipulat. Merebat. n. p̄fecto tā egregia idagādē veritatis itētio opa illa tā acris adeo
celebre studiū sudoris sui fructu nō vsq; q̄q; destitui deo id p̄mittente vt illos quoq; te-
C stionio fides vera firmamētū ac robur acciper. Multa ihis & dicta grauitē & facta cō-
stāter iuēias: vt nō ex illos libris fidē iuolabilis veritas capiat: ver; exēplis quoq; reli-
giōi nr̄a icitamētū virtutis accedat: q̄ sedū. n. q̄q; plenū dedecoris ē si christiānū hoiem
& de deo suo pēdētē & cui aeternae vitae spes certa sit virtuti & cōtinētiae dare operā pi-
geat: cū gētilēs viros & a veri cultu dei ac religiōe lōge aliēos: p̄bitati modestiae fruga-
litati ceterisq; id gēus ai humāi ornāmētis ip̄sius studiū cōperit. Pleraq; exēpla hu-
iusce pene dixerī euāgelice p̄fectiōi p̄xia sūt: vt pudēdū vehemēter & erubescēdū sit:
si id minus exhibeat cristi q̄ mūdi philosophus: plusq; ī gētili pectore possit amor glo-
riā ianis: q̄ ī animo christiāo religiōse pietatis affectus. His atq; huiusmodi ratiōibus
facile mihi p̄suasū ē: vt hoc traducēdi munus nō mō vt iutile nō aspnarer: seu vt noxiū
fugerē: sed cōtra penitus: vt cōmodū ac necessariū cōstāter aggrederer. Nepe si quē for-
te plus a quo eiūscē hoiū admiratio rapiat: eor; q; gesta nostratis philosophiae prefer-
re seu cōferre & exēplis velit id qd̄ solū ferme timem; is leuiter admonēdus erit: olidā
C ponē virtutē: q̄ adūbratā virtutis imaginē admiret & .n. ipsi quos stupet q̄ miserabi-
li iterdū lapsu corruerit ex ipsa lectione docebit. Tibi itaq; Cosme vir humanissime: &
xp̄iane nobilitatis decus: hoc opus dedicatū fuit: q̄ & auctoritate tua ip̄mis nos ad il-
lud ipulisti & gētilis: ac nr̄a philosophiae pitissimus q̄ta sit vtriusq; differētia & digno-
scere facileq; & dijudicare cōuenisti. Neq; id mō: ver; & de labore ip̄se nostro iudica-
bis. Eo. n. libētius de īgeniolo nostro ferēdā tibi sniam p̄mitto: quo maturitati grauita-
tiq; iudicij cōiūcta beniuolētia singularis errata nr̄a faciliore donabit venia: verecūdiē
q; cōsulet nr̄e: q̄ se ueriores cēsurā reformidās eūdē: & cēsorē & p̄onū habere cupit. Sae-
qm̄ versus plurimos & diuersos tū alienos: tū suos auctor iterferit. qd̄ abhorrere vī a
grauitate historiae: illos traducere cōsulto omisi: ita tñ: vt nihil deesse ex sensu necessa-
rio sim passus. Simul: & rauca vox plixam cōtionem ad quā nequaq; suffecisset decli-
nauit: ne risum moueret audiētib; Plura quidē īserta sunt pag; pudice: tū dicta: rum
facta & quae pudorē exagitet. sed illa quoq; nō omitti & lex īnreperatandi: & vera sua
sit ratio. Sed satis ista supius Tu si qua supflua aestimaueris iure tuo rescabis. Vale.

Collatio Ambrosij
ad Cosmam

Admiratione Virtutis
mucio

Paulinus

¶ Laertij Diogenis vitæ & sententiæ eorum qui in philosophia probati fuerunt.

Philosophiam a barbaris initia sumpsisse plerique autumnant. Namque apud persas claruisse Magos: babylonijs: siue assyrijs eius rei principes fuisse Chaldaos: Gymnosophistas Indis: Celtis seu gallis Druidas: & qui Semnothei appellabantur: qui ut ait Aristoteles in magico & Sotion in. xxij. successionis libro: quod diuini humanique iuris peritissimi: ac propterea religioni maxime dediti fuerunt. Semnothei quoque appellati sunt: Phœnicem insuper fuisse Ochum & Thraca Zamolxim: Lybicūque Atlantem. Ad hæc Egyptij Nili filium fuisse Vulcanum: cumque ipsum philosophiæ aperuisse principia. Porro ipsius rei Antistites Sacerdotes ac prophetas appellari solitos. Ab hoc autem ad alexandrum Macedonum regem fluxisse annos quadraginta & octo milia octingentos sexaginta tres. Quo toto tempore solis defectus contigisse trecentos septuaginta tres: Lunæ autem octingentos trigintaduos. Enimvero a Magis quoque principem fuisse Zoroastrem Persen memoriæ proditum est: Hermodotus quidem Platonius in libro de disciplinis usque ad excidium Troiæ annos quinque milia computat. Xanthus vero Lydius a Zoroastre usque ad Xerxis transitum sexcentos enumerat annos: Post eum autem magos plurimos sibi inuicem successisse Hostanas: Astroplecos: Gobrias atque pazatas: donec ab Alexandro euersum est Persarum regnum. Sed hi profecto dum nesciunt græcorum recte facta iuentaque Barbaris applicat. Ab iis ne penon solum philosophia: verum id ipsum quoque hominum genus initio manauit. Denique Musæo Athenæ. Thabæ Lino iclytæ sunt. Horum alterum Eumolpi filium asserunt primum deorum generationem tradidisse: spheramque inuenisse: & ex vno fieri atque in id ipsum resolui omnia dixisse. Hunc Phaleris obisse diem ibique sepultum esse: inscriptumque ipsius tumulo Epigramma & genus illius & locum in quo sepultus fuerit testari.

Eumolpi exanimem musæum terra Phalerum

Continet hoc tumulo pignora cara patris.

Porro musæi pater Eumolpidis apud athenienses cognomen dedit: Linum vero Mercurio Musæque Vrania genitum affirmant: scripsisse autem mundi generationem: Solis item & Lunæ cursus: animaliumque ac fructuum generationes notauisse. Denique in primo statim versu operis sui initia rege alius repetens cuncta simul nata memorauit. Quem secutus Anaxagoras: & ipse simul facta omnia asseruit: eaque mente accedente composita. Linum autem in Euboia occubuisse sagitta ab Appolline transfixum: Thabique ex urania musa progenitum: ipsumque itidemque eius tumulo incisum elogium indicio est.

Candida purpureis redimitæ tempora fertis

Thæbanum vranix continet vna linum.

Ita philosophia non a Barbaris sed a Græcis initium habuit: cuius & ipsum nomen Barbaram omnino refugit appellationem. Qui autem illius iuentionem Barbaris assignant Orpheum quoque Thraca in medium adducunt philosophum fuisse. & esse antiquissimum asseuerantes. Equidem is qui de dijs talia commentatus est: an philosophus appellandus sit nescio. Videant certe qui ita voluit quo sit censendus nomine: qui dijs cuncta hominum vitia: & quæ raro a turpibus quibusque flagiciois: hominibus gerunt: impingit. Hunc autem a mulieribus discerptum perisse fama est. Ceterum ex eo epigrammate quod in dio macedonia inculptum est fulmine interiisse cognoscitur: & illic sepultus a musis asseritur.

Orphea candenti transfixum fulmine tracem.

Cum curua aonides hic posuere lyra.

Exponūt etiam mores & instituta singulorū: qui Barbaros aiūt philosophiē principes fuisse: Gymnosophistas ac Druidas obscure ac per sentētiās philosophari colēdos deos: nihil mali faciēdum: & exercendā fortitudinē. Priores illos mortis quoq; esse cōreptores Clitarchus asserit in duodecimo libro: Chaldaeos circa Astronomiā ratiōes prädictionesq; occupari: Magos deorū insistere cultui. & prāces illis ac vota & sacrificia quasi soli ab ijs exaudiātur offerre. de deorū substantiā & generatione differere: quos itē ignē: terrā: & aquam eē: signa statuasq; reprāhendere. & eorū in primis qui mares esse deos ac fœminas dicunt errores improbare: de iustitia verba facere: iniquumq; arbitrari atq; impium igni sepelire. Iustū matri ac filiā misceri. vt in vigesimo tertio libro ait Sotion. Diuinationem præterea prädictionemq; exercere: sibi deos apparere asserentes: plēnū esse dēmonibus aera qui tenuiter ac veluti ex euaporatione acutius cernētium luminibus influant: exteriorem cultū & auri vsum interdicerē. His autē vestis cādidā: lectus humus: esca olus caseus panisq; cibarius est. Arūdine p baculo vtūtur: cuius item in sūmitate prāfixum caseū ori applicātes mandūt. Magicā illos diuinatiōis ignaros Aristoteles ait in libro quē inscripsit imagicum & Dinon in quinto historiāz libro: q Zoroastrem quoq; ex interpretatiōe noīs sui astroz asserit fuisse cultorē. Hoc ipsum & Hermodorus tradit. egyptijs vero antiquores esse magos Aristoteles auctor est in primo de philosophiā libro: duoq; iuxta illos esse principia: bonū dēmonē & malum dēmonem. Alter ex his Iouem & Horomādem: alter Plutonem: & Arimaniū dici. qd Hermippus quoq; in primo de magis ait. Eudoxus quoq; in piodo. & Theopompus octauo philippicorū li. Qui: & reuicturos hoīes iuxta magorum suā dicit imortalesq; futuros: & quā sunt oīa illoz precationibus durare. Ista Eudemus quoq; Rhodius tradit. Porro Hecataeus deos quoq; secūdū illū esse genitos ait. Clearchus vero Solēsis in libro de disciplina Gymnosophistas a magis fluxisse asseuerat. Pleriq; & iudæos horū esse nepotes tradunt: Herodotū præterea in ius vocant: mendaciq; arguunt: q magorū historiā scripsere. Neq; n. iacula in solem itorisse Xerxē: vt ille ait nec cōpedes mari imisisse: q hī a magis dii sunt traditi. Signa tñ: & statuas ex disciplina a vita hunc merito deesse. egyptiorū aut huiusmodi philosophiā de dijs ac pro iustitia dixere. Materiam prīcipiū fuisse rez: ex ea deinceps quattuor elementa discreta perfectasq; cū plures animantes. Solem ac Lunā deos esse. Alterumq; Osirim: alterū Isim appellatos. Figurate illos loqui p canthaz: & Draconē: Accipitrem aliāq; aīalia: Manethus auctor ē in naturaliū epitoma: & Hecataeus i primo de egyptiorū philosophiā libro. Statuas i super: & phana fabricari: q ignorēt effigiem dei: mūdum genitū mortalemq; & ad sphaerā similitudinē rotundum. Stellā ignem esse: quāz temperata cōmixtione cuncta super terram nasci. Lunā deficere cum i terrā incidit ymbra. Animā: & perdurare: & imigrare. Pluias ex aeris cōuersionibus fieri: Ista: & huiusmodi illos de rez natura differere Hecataeus: & Aristagoras tradunt. De iustitia: quoq; leges constituere: quas ad mercurium referūt Vtiles quasq; & vsui hominū accommodatas animātes diuino honore prosecuti sunt. Asserūt: & ipsi Geometriā: Astrologiā: & Arithmeticā se primos inuenisse. De iuentione tante rei hactenus. Philosophiā vero pythagoras primum appellauit: seq; philosophum cū sicyone alloqueretur leontem. Sicyomoz Tyrānum siue Philiasiorum: vt ait Heraclides Ponticus in libro quē iscripserat μερίτης αὐδῶν: Nullum. n. hominū sed solum deū esse sapiē

rem. Antea ergo sophia, i. sapientia dicta: quæ nunc philosophia dicitur: & qui hanc profitebantur sophi, i. sapientes appellati. Quicumque ad summam animi virtutem excreuerant: hos nunc honestiore vocabulo auctore Pythagora philosophos hoc est sapientiae studiofos appellamus. Ipsi tamen sapientes Sophistæ itidem sunt dicti. Neque hi solum: verum poëta quoque Sophistarum appellatio honoratur. Denique cratinus in archilocho, Homerum & Hesiodum admirans ita illos vocat. Sapientes autem illi habiti sunt: Thales: Solon: Periander: Cleobolus Chilo: Bias Pittacus. His annumerant plerique Anacharsim Schytham: mysonem Chineum: Pherecidem Syrum: Epimædemque Cretensem. Addunt alij Pisistratum Tyrannum: & hi quidem sapientes dicti. Enimvero philosophiae duo fuere principia vnum quod ab Anaximandro: alterum quod a Pythagora fluxit. Anaximandri Thales præceptor fuit: Pythagoræ vero Pherecides. Appellatumque est id philosophiae genus Ionicum: quod Thales ex Ionia fuerit. Milesius quippe Anaximandrum instituit. Hoc autem Italicum: quod illius auctor Pythagoras in Italia ut plurimum philosophatus sit. Desinit autem Ionica quidem in Clitomachum Chrysippum & Theophrastum: Italica in Epicurum. Quippe Thaleti successit Anaximander: Anaximandro anaximenes: Anaximeni Anaxagoras: Anaxagoræ Archelaus: ei vero Socrates: qui prior ethicen inuenit. Hunc vero tamen Socratici reliqui tum in primis Plato: qui veterem academiam instituit. Platoni Speusippus: & Xenocrates. ei Polemone: Polemoni Crantor & Crates: Cui archesilaus qui mediam induxit academiam: Ei Lacydes qui nouam academiam inuenit. Lacydi Carneades: ei que Clitomachus: atque in hunc modum in Clitomachum desijt: Sic autem in Chrysippum: Socrati successit antisthenes: Antistheni Diogenes Cynicus: ei vero Crates Thebanus: Crati Zeno Citticus: Zenoni Cleanthes: cui Chrysippus. In Theophrastum vero sic desijt. Platoni succedit Aristoteles: Aristoteli vero Theophrastus: & hunc quidem in modum Ionica philosophia desinit. Porro Italica hæc series fuit. Pherecydi Pythagoras: Pythagoræ Telauges filius successit. Ei Xenophanes cui Parmenides: huic Zeno Eleates: Leucippus: Zenoni: Democritusque Leucippo. Democrito complures. Sed inter reliquos Naüsiphanes: Naucidesque celebratur. Eis vero suo ordine successit Epicurus. Philosophia autem generaliter in duo genera distribuuntur: alteri ex his dogmatici sunt dicti: quicumque de rebus veluti comprehensibilibus differunt. Alteri ephæctici qui assensum continent: & de rebus ita disputant: quasi comprehendere non possint. Ex his plerique ingenij sui monumenta reliquerunt. Alij nihil penitus scribere: His ut quidam volunt: Socrates annumeratur: Stilpon: item Philippus: Menedemus: Pyrrho: Theodorus: Carneades: Bryso: Pythagoras: etiam secundum quosdam Aristochius præter epistolas paucas: Alij sunt qui singula tantum opuscula scripserunt: Melissus parmenides & anaxagoras. Multa scripsit Zeno: plura Xenophanes: plura Democritus: Aristoteles plura: Epicurus plura: Chrysippus plura. Philosophorum alij a Ciuitatibus sunt appellati ut Elienses: Megareses Eretrici: & Cyrenaici. Quidam a locis: ut academici: Stoici. Ab euentibus alij: ut peripatetici: Nonnulli a probis: ut Cynici. Alij ab affectibus: ut Eudæmonici. Quidam ab elationis fastu ut qui se Philalethes: id est veritatis studiosos: siue Electicos: & analogeticos vocant. Sunt item qui a præceptoribus sunt dicti. ut Socratici & Epicurei. Atque alij quidem quæ de natura rerum scribere Physici. Alij quia circa mores potius se occuparunt Ethici. Ceteri a differendo dialectici vocati sunt hi scilicet qui verborum ac rationum acumine impugnant. Diuiditur autem philosophia in partes tres. Physicam & Ethicam Dialecticam: physicæ proprium est de mundo: & de his quæ sunt in eo differere. Ethicæ vero de vita moribusque tractare. Porro Dialecticæ ambæ partium afferre rationes. Sola usque ad Archimædum physica viguit.

a Socrate vt dictum ē Ethica initium sumpsit: & a Zenone Eleate Dialectica. Ethica vero pars in sectas decem scindit: Academicam: Cyrenaicā: Eliacā: Megaricam: Cynicā. Eretricā: Dialecticam: Peripateticā Stoicā: & Epicuream Veteris academīe princeps fuit plato: medic archefilaus: noue Lacydes: Cyrenaice aristippus Cyreneus: eliace phedon elieus: megaricæ euclides megarēsis: Cynicæ antisthenes atheniēsis: eretricæ menedemus eretriēsis: Dialecticæ Clitomachus Calcedonēsis: peripateticæ Aristoteles Stagerites: Stoicæ Zeno Citicius. Porro epicurea ab auctore ipso appellata ē. Ceteræ Ippobotus i libro de sectis: noue ait fuisse sectas atq; instituta: ex his megaricā primo loco cōstituit: secūdā Eretricā: tertio Cyrenaicā: q̄rto epicuream: quinto anniceriā: sexto Theodoriā: septimo Zenoniā candēq; Stoicā: Octauo academicā veterē Nono peripateticā: Cynicā at: & eliacā atq; Dialecticā nullā mētionē facit. Ea vero quæ Pyrrhonia dicit̄ ppter obscuritatē a plurimis repudiāt. Hāc ipsā tñ pleriq; secūdū aliqd sectā esse dicūt: secūdū aliqd negant. Eā deniq; sectā dici aiūt: quæ rationē aliquā iuxta id qd̄ apparet: & i p̄mptu ē sequit̄ aut sequi vī. Secūdū qd̄: & Scepticē nō in cōgruē sectā appellabimus. Verū si sectam intelligimus appellationē ex his dogmatibus cōstantē quæ sibi ipsi cōsentiant. nō iam appellabit̄ secta: neq; n. dogmata siue decreta habet. Ista de philosophiæ incunabulis: p̄uētibus: partibus: sectisq; breuiter diximus. Quāq; & ante paululū eclectica quādā secta a potamone Alexandrino iuecta ē. Qui de singulis sectis quaq; sibi placere selegit. Visum aut̄ illi ē. vt in institutione sua fateat̄: multiplex esse veritatis examē: alterq; scilicet a quo iudiciū fiat hoc ē p̄cipale. Alterq; per qd̄. i. solertissimā itimamq; imaginē. Initiaq; rerū oīum materiāq; & qualitātē effectiōnēq; ac locū ex quo scilicet: & a quo: & vbi: & i quo. Finem vero ad quem cūcta referant̄ vitā esse ait oī virtute perfectam: nō absq; corporis naturalibus externisq; bonis. Sed iā de viris ipsis cuiusmodi fuerint: dicendū: ac primum de thalete.

¶ Thales Milesius.

Thales itaq; vt Herodotus: Duris: ac Democrit⁹ aiūt: patre Examyō matre Cleobulina ex Thelidag familia: q̄ phœnicū nobilissimā a Cadmo: & agenorū originē ducūt. Platone quoq; teste natus: primusq; sapiēs vocatus ē: quo tēpore Damascius athenis p̄iceps erat: sub quo septē quoq; sapiētes appellati sunt. Demetrius Phalereus i descriptione principū meminit. Mileti aut̄ ciuis inscriptus est. Profectus cū Nelao ex phœnice. cū ille patrio solo excidisset: siue vt pluribus visum ē: indigena Milesius: & claro genere fuit. Post reipu. negocia sese ad cōtemplandā rerū naturam trāstulit. Sane iuxta quosdā nullū ingenij sui monumētum dereliquit. Nā quæ in eū referūt nauctica astrologia phœci Samij esse phibet. Calimachus iuentorē fuisse minoris vsq; ac notasse illius stellas tradit: q̄ phœnices nauigāt sic dicēs versibus iābicis. Plauti notasse dictus est minores

Stellas: quibus suum tenent tyrij cursum.

Secūdū quosdā duo sola cōscripsit: de cōuersione. s. ex ægnoctio: cetera facilia esse ad p̄cipiendū arbitratus. Putāt plariq; primū astrologiē secreta rimatū. Solis defect⁹ cōuersionesq; p̄dixisse: vt ait Eudemus in ea quā de astrologia scripsit historia. Quo circa Xenophanē & Herodotū illum maxime fuisse miratos. Idipsū autē Heraclitus Democritusq; testātur. Sūt q̄ illū imortales aios primū dixisse assuerēt: ex quibus ē Chærilus poeta: primus & solis cursum a cōuersione in cōuersionē repperit: Solisq; magnitudinē Lunarē orbem cōparatū septingentesimā & vicesimā illius partem esse: prior vt qbusdā placet: dixit: primus et̄ mēis vltimā triacada. i. trigessimā vocauit. De natura quoq; prior ip̄e disseruit: ianīmatas etiā animas illū inesse putauisse Aristoteles

& Hippias auctores sūt conijciētē id ex magnete lapide & succino. Ab egyptijs vero præcepta geometriæ disciplina primū descripsisse circuli triangulū rectis lateribus & imolasse bouē refert pāphila: alij pythagorā dicūt: vt appollodorus supputator: porro q̄ Callimachus ait. Euphorbū phrigē inuenisse scalēa & trigona: quæq; ad lineæ speculationē ptinent ea iste auxit: atq; propagauit. Cōstat illū & reipublicæ cōmodis optime cōsuluisse. Nā cū socios milesios Crœsus habere oraret: obstitit ille. eaq; res post modū Ciro victoria potito saluē ciuitatis fuit. Solitariā eū ac priuatā vitā adamasse tradit Heraclides. Quidā vxorem duxisse filiumq; Cidistū pcreasse. Alij Cēlibē perseuerasse: sororisq; filium sibi adoptasse ferūt: & cū rogaretur cur filios nō pcrearet: q; filiorū amore nō teneretur: respōdissē. Vrgētī matri: vt se matrimonij vinculis astringeret. Ad huc intēpestiuum eē dixit: emēsa fere iuuēta cū sibi illa acrius insisteret. Iā inq̄ intēpestiuum ē. Scribit autē Hieronymus rhodius in secundo cōmentariorū eum cum vellet ostēdere q̄ sit facile ditari præcognita futura vbertate cōduxisse olearia pecuniasq; inumeras sibi cōparasse principiū oīum aquā esse dixit: & aīatū mūdū: ac demōibus plenū. Anni tēpora illorūq; vicissitudines priorē iuenisse ferūt: eūq; in trecētos sexagita q̄nq; dies diuissē. Nullo pceptore vsus ē nisi inq̄tū a egyptijs sacerdotib⁹ eo pfectus familiariter ihœsit. Porro Hieronymus mēsum eē Pyramides vmbra asseruādo memoriæ tradidit: q̄n nobis æqua magnitudine sūt: thrasybulo quoq; milesiorū Tyrāno: vt ait minyes cōiunxit. Quæ vero de tripode a piscatorib⁹ inuēto sapiētibusq; a plebe milesiorū dedicato memorāt. māifesta sūt. Aiūt. n. Ionicos adolescētes quosdā a piscatorib⁹ milesijs iactū retis emissē: capto deīde exeducto tripode orta cōtētio nō aī sedata ē q̄ delphos a milesijs missū respōsūq; a deo ē illius eē debere q̄ oēs sapiētia excelleret. De tripode ex phœbo quæris milesia proles.

Huic tripodem addico cuius sapiētia prima.

Dat ergo Thaleti: thalesq; illū alij dat: & rursus alius alij donec ad Solonē vētum est.

Qui deū primū esse sapiētia asserēs illum delphos misit. Ista callimachus i iambis aliter tradit accepta scilicet a Leādō milesio: bathyclē enim quempiam arcadē phialam reliquisse: atq; mandasse dari sapiēti primo: datāq; thaleti: ac per orbē rursus Thaleti: quā ille appollini didymēo misit: sic dicēs secundum callimachum.

Plebem regenti me thales nileo dat.

Clare bis hoc qui iam secutus est donum:

Pedestris autē oratio sic se habet: thales exāmyi filius milesius appollini Delphinio græcorū premiū bis nactus. Qui autē circūtulerat phialam bathiclis filius Therion vocabatur: vt Eleusis ait in libro de achille: & alexo: myndus in nono fabulosoꝝ. Eudoxus autē Cnidius Euātesq; milesius aiunt Crœsum amicū quēdam aureum poculum a rege accepisse: vt illud sapiētissimo græcorū daret: ipsumq; thaleti dedisse peruenisse q; ad Chilonem: Ei vero cum a Pythio quæreret: quisnā esset se sapientior: responsum esse mysonem de quo suo loco dicemus: hūc Eudoxus pro Cleobulo: Plato pro. Periandro ponit. De ipso hæc respondit apollo.

Te magis esse cano curis illustribus aptū. Et heū quandā generatū chene misonē.

Qui autē Pythiū rogauerat anacharsis fuit Dædac⁹ Platonius: & Clearchus phialā a Chroeso ad Piracum missā atq; ita in urbem circūlatam ferunt. Andro vero in tripode arguios ait virtutis premiū sapientissimo græcorū Tripoda cōstituisse: eūq; Aristodemum spartiatam fuisse iudicatū: quē itē cōcessisse Chiloni meminit aristodemus. Alcæus quoq; asserēs dictum illud apud spartiatas celebre: pecunię vir: pauper vero nemo bonus ē. Pleriq; a Periandro ad Thrasybulū milesiorū tyrānum onustā na

uē missam referūt. Ea vero cū circa eorū mare naufragiū fecisset: iuentū post a piscatoribus tripodē: qui ea uehebat. Phanodicus circa mare atticū repertū atq; i vrbē delatū scribit: scāq; cōtentiōe ex decreto publico Biāti missum: cām suo loco dicem⁹ cū de diātē dicendū erit: alij a vulcāo fabre factū tradunt: ac p mūere Pelopī adeo datū: cū ille vxorē duceret: demū ad menelaū puenisse raptūq; cū helena ab Alexādro in eorū mare fuisse iactatū: aliā cena rixaz cām fore asserēte. Post lapsum tps cū qdam illic lebedij retis iactū mercati essent: tripoda quoq; fuisse cōprehēsum: & cū exorto cū piscatorib⁹ iurgio cōū ascēdissent: nihilq; pficerent: miletū q̄ erat metropolis eā rē detulerūt. Missi a mileijs legati q̄ eā rem cōponerēt: infecto negotio reuersi sunt. Mileijs: vt se cōtēpti viderunt: aduersus coos armis decernere pgunt: plurimisq; hinc inde cadentibus: diuino oraculo respōsum ē sapientissimo dandū tripoda. Mox in Thaletē vtrāq; ptes cōsensere. Hunc ille postmodū didymeo deuouit apollini. Cois itaq; respōsum nō ante quieturā cōtentionē q̄ aureum tripoda vulcani opus i mare iactatum ex vrbe educerēt: & ad eius viri domū ferrent: q̄ prēsētia: & prāterita: & futura noscet.

Non prius ionij metropesq; a marte recedent:

Quam tripos auratus: pelagus quem iecit i altum:

Mulciber: ex vrbe emissus concedat ad ædes

Mox hominis: cuius sit prēsētia noscere promptum

Quæ sint quæ fuerint quæ mox ventura trahantur.

Mileijs vt supra iā diximus respōsum viro illi dādū: q̄ sapiētia primus esset oīum sed de his hactenus. Hermippus aut in vitis i hūc refert: qd a quibsdā de Socrate dicī: Aiebat. n. inquit: triū maxime rez cā gratias se fortunæ agere. Primo. q̄ homo nō bālua: deide: q̄ vir nō mulier: tertio: q̄ græcus natus esset nō barbarus. Fērt cum domo exiret inspiciendoz fidez cā: in subiectā scrobē incidisse: petulātq; pbro dictū ab anu domestica Quā rōne. o. Thales q̄ in celis sunt comprehensuz te arbitraris: qui ea quæ sunt ante oculos videre nō vales. Astronomiæ sane fuisse studiōsissimum: & Timon sciuit: qui illum inscius eius rei laudat. Porro quæ ab eo scripta sunt ad ducentos versus pertingere lobō Argius auctor est. inscriptosq; imagini ipsius versus.

Hunc quæ nutriuit milesia terra thaletem

Consilio primum prodidit astrologum:

Mileti in ionia nutritum: Astrologumq; fuisse: & esse antiquissimum sapiētia testari:

Quæ vero ipsius celebrentur ista esse.

Non multa verba signa sunt bonæ mentis.

Quiddam legas tu qui sapias sequi clarum.

Solues enim virum loquacium linguam

Nō multa verba prudētis animi idiciū sunt. Vnū aliquid sapiens diuina: vnū quippiā præclaz elige: solues. n. loquaciū infinitos sermones viroz. Ferunt eius: & istæ sentētia: antiq̄ssimum eorū q̄ sunt oīum deus: ingenitū. n. pulcherrimum mūdus: a deo enim factus est: maximū locus: capit. n. oīa. velocissimum mēs: nam per vniuersa discurrīt: fortissimū necessitas: cūcta. n. superat: sapiētissimū tps: iuenit namq; oīa. Nihil ait mortē a vitā differre. Tu vero ait q̄spiam: q̄re nō moreris. Quia nihil inquit differt. Sciscitanti cui dā qd prius factū esset nox an dies: nox ait vna prius die. Interrogatus lateret ne deos hō male operās: ne cogitās qdem inquit. Percontāti adultero an iuraret se minime adulterasse: nō ē ait periuriū adulterio deterius. Interrogatus quid nā esset difficile. se inquit ipsum nosce. Quid contra facile: alijs moneri dixit. quid suauissimum. frui inquit: quid deus: quod initio: & fine caret: quid difficile vidisset: Tyrannus

num inquit senem. Quo pacto aduersa fortūe ictus quispiam ferat facillime. si inimi-
cos ait videat deterius affectos. quomodo optime ac iustissime viuem⁹. si quæ in alijs
reprehendimus: ait ipsi non faciamus: quisnam scilicet sit: qui corpore inquit sanus: for-
tuna locuples: animoq; non ignauus aut imperitus est Amicorū presentium & absen-
tium aq; memores debere esse ait. Non componere faciem: sed bonarū artium studijs
aīum excollere preclarū esse. Noli inquit ditari nequiter: neq; te ī ius vocet sermo con-
tra cōiunctos tibi: ac socios dictus. Quęcunq; ait stipēdia parentibus ituleris: eadem
ipse a filijs expecta. Nilum ait ex crescere qñ etesiā quæ cōtrariā sunt vndas repellunt.
Ortum primo anno trigesima quintā olympiadis Thalē Appollodorus in chroni-
cis tradit: mortuumq; atatis anno. lxxviij. siue vt Socrates ait nonagesimo. Quinq;
gesima quippe: & octaua olympiade esse defunctū. Cræsi vero fuisse tēpibus: cui: &
pollicitus sit alyn fluuium sine pōte trajcere auersis vndis. Fuisse & alios: quinq; hui⁹
nominis viros Demetrius magnesijs in æquiuocis fatet: Primum rhetorem calātiniā
num: Secundū pictorem sicyonium. Negalophyē tertiū: eumq; antiquissimū ferme
hesiodi: homeri: lycurgi: tēpibus: Quartū cuius meminit Duris in libro de pictura:
Quintum iuniore & obscurū cuius & Dionysius in criticis mentionem facit. Sapiens
igit Thales obiit cū certamē gymnicum spectaret: æstu scilicet: ac siti: & infirmitate fa-
tigatus iam vetulus: in cuius laudes exstant Epigrammata.

Gymnicon aspiceret cum rursus agona thaletem.

Traxisti e stadijs Iuppiter ælie.

Hunc laudo cælum proprius: q; duxeris vltra.

Non poterat terris astra videre senex.

Nempe hic exiguus tumulus: sed sydera scandit

Gloria: sunt cuius hæc monumenta thalæ.

Huius illud ē: noscere ipsum. Quod antisthenes ī successionib⁹ ait fuisse phemonces:
Idq; sibi vsurpasse Chilonē.

¶ De septem sapiētibus.

O cū loco generatim ipsorū faciēda mentio ē: q̄ nam fuerit de illis inter vete-
res & q̄ta discordia. Damon Cyreneus cū de philosophis scriberet: oēs īsimu-
lat & septē in primis Anaximenes aut oēs ait poeticā magis fuisse studiosos.
Dicæarchus: neq; sapiētes: neq; philosophos fuisse eos asserit: sed sensatos plane viros:
legumq; latores. Archetimus syracusanus illoꝝ cum cypselo cōgressum scripsit cui se
quoq; iter fuisse ait. Euphorus apud Cræsum preter vnum thalem cōgressos tradit:
Aiunt aut quidam & ī panionio: & corintho & delphis eos cōuenisse: illorūq; senten-
tias ponūt: quæ nam cuius sit exponentes vt illud: lacædemonius fuit Chilo sapiens:
qui hec ait: nihil nimis. Tempori cūcta ad sunt bona. Magna: & de illoꝝ numero di-
scordia ē. Leandrius. n. pro Cleobulo: & mysonē: Leophantum gorsada lepedium si-
ue ephesium inserit. Epimenidemq; cretensem Plato aut in protagora mysonem pro
periandro: ephorus pro mysonē ponit Anacharsim. Alij Pythagoram adiiciūt. Por-
ro Dicæarchus quatuor nobis consensu oīum sapientes tradit thalem: Biantem. Pitta-
cum atq; Solonē: tum sex alios nominat quorū ex numero tres eligit. Aristodemū sci-
licet Pamphilum: Chilonem lacædomonū: Cleobulum. Anacharsim: & periandrū.
Addunt quidam acusilaū Cabam siue Scabram argiuū. Hermippus aut in libro de
sapiētib⁹ decē: & septem fuisse tradit: quorū ex numero septem alij aliter eligāt: sic aut
illos cōputat: primo loco ponit Solonē: tū Thalē: pittacū: Biantē: Cleobulū: Chilo-
nē Periandrū: Anacharsim: Acusilaū: Epimenidē: Leophantum: Pherecidē: Aristode-

imum: Pythagoram: Laſum charmãtidæ ſeu Sifymbriini: ſiue vt Ariſtoſenus tradit
chabrimi filium. Hermioneum: Anaxagoram. Enimvero hippobotus i deſcriptione
philophorũ hanc illorum ſeriem exponit: primo Orpheum: deinde linum: tũ Solo-
nem: Periandrum: Anacharſim: Cleobulum: Myſonem: Thalem: Biãtem: Pittacũ:
Epicharmum: & extremo loco Pythagoram: Ferunt: & iſtæ Thaletis epiſtola. Tha-
les pherecydi. Audio te primum Ioniũ de diuinis rebus apud græcos palam differe-
re parare. Verũ iuſtiore fortasſe ſententia inter amicos ea q̃ ſcripſeris leges q̃ paſſim q̃
buſcunq; permittes nullo illis emolumento futura. Equidem ſi tibi gratum cognoue-
ro: volo conſcius eorum q̃ ſcribis eſſe. ac ſi quidem iubes ad te mature proficiſcar: neq;
enim adeo amẽtes: ac ſtolidi ſumus ego & ſolon Athenienſis: vt cum nauigio cretam
petierimus: viſendi gratia: ægyptũq; itidem penetrauerimus: vt iſtic ſacerdotibus &
aſtronomis cõgrederemur: ad te non pari ſtudio nauigaturi ſimus. Veniet enim & ſo-
lon ipſe ſi annuas. Nanq; tu loci illius amore detentus raro i Ioniam tranſis: neq; pere-
grinorum hominum deſiderio tangeris: Verum vni tantũ: vt ſpero ſcribendi negotio
icumbis. At nos q̃ nihil ſcribimus: grãciam aſiamq; peragramus. Vale. Thales So-
loni. Athenis ſi excedas: mileti: vt equidẽ reor cõmodiſſime habitare poteris: eſt enim
veſtra colonia: patierisq; dirum nihil. q̃ ſi & apud Mileſeos execratis tyrannidem: æq;
enim ubiq; tyrannos iſectos habes. At cum amicis nobiſcum ſcilicet viuere erit iucun-
diſſimum. Scripſit ad te Binas vt prienam proficiſcaris. Eam tu urbem ſi gratius iha-
bitaueris: & ipſi eo ad te aduolabimus. Vale.

¶ Solon Salaminius.

Olon Execeſtide filius Salaminus primum quidem ipſam ſiſactheam inue-
xit athenienſibus: ſic autem appellabatur corporum poſſeſſionumq; redem-
ptio. plurimi quippe per ſumam inopiã ſceneratoribus corpora ſua expone-
bant: ac ſuper his fenerabantur. Cum igitur ſeptem ſibi talenta ex patrimonio ſui iure
deberentur: ea prior iduliſit. ac reliquos idem facere exemplo ſuo prouocauit. Ea q; lex
ſiſacthea appellata eſt: hoc illi id quod minime obſcurum eſt ſcelix initium fauſtumq;
fuit ad cãteras condendas leges: quas enumerare longiſſimum eſſet minimeq; neces-
ſarium: cum illæ tabulis æreis incisæ ſunt. Eſt autem id ipſius factum vel celeberrimũ
cum de proprietate ſalaminẽ ipſius patriæ inter athenienſes: & megarenſes ferme uſq;
ad iteritum armis dimicatum eſſet: multiſq; cladibus acceptis: capitale apud atheniẽ-
ſes eſſe cõpſiſſet ſiquis legem de vindicanda inſula ferre auderet. Sollicitus Solon ne
vel tacendo pagẽ Reipub. conſuleret: vel conſulendo ſibi noceret: ſubitam ſibi demen-
tiam ſimulat: cui venia nõ dicturus modo prohibita: ſed & facturus erat. Deformis
habitu more vecordiã in publicum euolat: factoque cõcurſu hominum: quo magis cõ-
ſilium diſſimulet: inſolitis ſibi verſibus.

Mutata patria pholegandrius aut ſicinites.

Tunc ego dicebar: Atticus ante fui.

Certe hominum rumor ſubito volitaret ad aures

Atticus hic hominum quis fugitur ſalamis.

Ad ſalamina graue expulſuri dedecus imus.

Et conſerturi ſumimus arma manus.

Per præconem ſuadere populo cõp̃it quod verabatur. Omniumq; ita aios cõp̃it. vt
aduerſus megarenſes bellum extemplo decernerent: inſulaq; deuictis hoſtibus athe-
nienſium fieret. Perſuaſit Athenienſibus in thracia quoque ſibi vindicare cherson-

sum: ac ne magis vi q̃ iure. Salaminam possidere videretur. effossis quibusdam tumulis cadauera ad orientem solem cōuersa. qui atheniensibus sepeliendi mos erat. ostendit sepulchra item ipsa ad orientem posita: isculptaq; ipsis paganorum nomina: quod quidem p̃prium Atheniēsiū fuit. Aiunt pleriq; illum ex idē Homeri scripsisse cathalogum ab eo loco: vbi aiacem ex salamina duodecim duxisse naues ait.

Bissenis salamine Ajax cum nauibus ibat.

Cecropidum quo castra loco posuere phalanges.

Ex eo iam tempore plēbis i se animos ita conuerterat: vt sibi illum omnes percupide regnare cuperent. Eis vero ille i tantum affuit: vt acquiesceret: vt auctore Solicrate p̃sistratum quoq; p̃pinquum suum: cū sibi tyrannidem parare intelligeret: quantum in se fuit p̃hibuerit: nam euocata cōtione profectus i publicum lorica armatus & clypeo p̃sistrati insidias: & improbos conatus aperuit. Neq; id solum: verum & iuuare paratum ac pro libertate sese pugnaturum asseuerauit. Viri inquit Athenienses alijs quidem sapientior: alijs vero fortior sum. sapientior enim illis sum: qui p̃sistratum istā non animaduertunt. fortiorq; his: qui sciūt illum quidem: sed metu reticent. Senatus vero: q; studerēt p̃sistrato: insanire illum p̃clamabat: At ille meam inquit insaniam ciuibus breui tempus ostendet: qui p̃sistratidæ essent: cum veritas in lucem venerit. Elig autem ipsius de tyrānide p̃sistrati sunt hi.

Vis niuis & pelagi tempestas nube creatur.

Horrendum excutiunt sydera clara sonum.

Et cecidere viris persæpe potentibus vrbes.

Seruiuit soli nescia plebs domino.

Iam vero p̃sistrato rerum potio minime obtemperās: ante curiam arma deposuit dicens illud. Opatria tibi equidem verbo & opere auxiliatus sum: in ægyptū nauigauit: atq; inde cyprium p̃fectus postremo ad cræsum peruenit: a quo interrogatus: quis nā sibi felix videretur: Thelus inquit atheniensis & cleobis: & Bito & cætera quæ sunt in ore omnium. Aiunt quidam Cræsum cum se exquisitissime omnium ornamētorum genere composuisset: sublimiq; in solio sederet: interrogasse cum an pulchrius vnq; spectaculum viderit: illumq; dixisse gallos gallinaceos: falianos: atq; pauones. Naturali enim eos flore & incredibili speciositate vestiri. A cræso deinde in Ciliciam p̃fectus urbem condidit: atq; ex suo nomine Solos appellauit: i qua paucos atheniensium statuit: qui tractu temporis cum patriam vocem corrupissent: soleecizare dicti sunt: & appellabantur hi quidem Solenses qui Cyprij vero Solij. Cum vero p̃sistratum i Tyrānide perseuerare didicisset: ista atheniensibus scripsit. Si quidem per vestram vacordiam dira toleratis: nihil in hac parte dijs acceptum referatis: ipse enim horum vobis causa estis. qui pignora: vt duram seruitutē pateremini dedistis. Vestrum vero vnusquisq; vulpis vestigijs incedit. Omnibus autem vna leuis & stolidus mens est. Quippe viri linguam sermonemq; varium & plenum astutia & fallacia attenditis. rerum exitū considerare nescitis.

Tristia commisse luitis si pramia noxæ.

Non vos in superos concitet ira deos.

Nanq; viros auxit vestri custodia quondam.

Subdita qui nobis sub iuga colla premunt.

Nam: quiuis vestrum sequitur vestigia vulpis:

Mens stulta est vobis omnibus atq; leuis.

Linguam & enim aspicitis hominum diuersaq; verba:

Quod faciunt sed non cernere vultis opus.
Hec ille. pisiistratus aut cum illius fugam didicisset: sic ad eum scripsit.

¶ Pisiistratus Soloni salutem.

En solus graecorum tyrānidē arripui. neq; mihi rem alienā vsurpauī. Quippe genus a Cecrope duco: id enim mihi meo iure vēdico quod atheniēses olim cum iureiurādo firmassent: codro illiusq; genti prābituros: postmodum abstulerāt. Ceterę in deos: vel in homines nihil alias pecco. Leges quas ipse atheniēsis dedisti: seruari atq; secūdum eas viuere iubeo: Et quidem melius seruātur q̄ possent: si multitudinis imperio res ageret. permitto enim neminem iniuriam inferre: ac Tyrannus ego prater dignitatem & honorem nihil a plebe differo: solis eis stipēdijs contentus quā ijs quoq; qui ante me regnarūt debebantur. Deniq; atheniēsiū singuli decimas frugum suarū separant non in vsus nostros cōsumendas: verum sacrificijs publicis commodisq; cōmunibus & si quādo bellum contra nos emerferit in sumptus deputādas. Tibi equidem nihil succēso q̄ mentem meam cōsiliūmq; detexeris: quippe id potius beniuolētia Ciuitatis q̄ mei odio detexisti: ac praterea q̄ ignorares cuiusmodi ego Rex futurus essem: qui iusti rectiq; tenax abs te factum scio: id enim si didicisses equo animo & conatus meos forte tolerasses: & te fugā haud quamquā commisisses. Redi igitur domum plena fide mihi & iniurato credēs nihil igratum passurū a pisiistrato Solonem. Nosti enim neminem etiam ex inimicorū numero mali quippiam a me perpesum. Deniq; si placuerit frui nostra amicitia: iter primos eris. Nihil enim in te fraudis infidelitatisq; cōspicio. q̄ si aliter habitare athenis nolueris: pro arbitrio tuo id facies: tantum ne nostri gratia patria excideris Vale. Hec Pisiistratus. Solon autem humana vitā terminum. lxx. annos esse ait: Videt autem id prāclare statuissē si quis parētes nō enutrierit: is ignobilis & obscurus esto. similiter & qui patrimonij versurā fecerit: is itē sectatum ocium oībus accusare volētibus obnoxius esto. Porro Lysias ī oratione quā cōtra Niciam scripsit. Draconē asserit eā scripsisse legem: Solonemq; tulisse: cum itē qui nequitia ac flagitijs īsignis eēt tribunali publicisq; suggestis arcendū statuit. Athletarū quoq; prēmia castigata moderatione correxit: & ei quidē qui in olympia vicisset quingētās dragmas: qui vero ī isthmia ei dari cētum cōstituit: eademq; ratione ī certaminibus ceteris: Esse enim ī congruum huiusmodi honores modū desiderare: solum mō eos qui ī preliis occubuissent prēmijs esse illustrādos: quoq; filios publice nutriendos erudiendosq; praecepit. Quo sane animati singuli fortiter ac strenue ī bellis dimicabant: sic polyzelus: sic cinegyrus: sic callimachus: sic omnes qui ī Marathonis expeditione pugnaverunt: sic praterea Armodius: Aristogiton: Miltiades: innumerabilesq; alij. Hi vero dum exercētur nimium prāciosi sumptuosiq; athletā. Et dum vincūt reipū. detrimēto sunt: & cōtra patriam magis q̄ aduersus puocatores coronātur: ac iuxta Euripidem cū senuerint pallis cōsumptis perit trama. Id prēuidēs Solon eos modice accepit. Prāclare & illud statuit: curatorem cū pupilloꝝ matre nō inhabitare: cauit q̄ ne is fieret curator: ad quē post pupilloꝝ obitum substantia spectaret: Illud item nō licere anulario: vēditi anuli seruare sigillū. & qui alteri vnū oculū eruerit ei ambos erui debere: & q̄ nō posuisti: ne tollas. siq; secus facit capitale esto: principē si ebrius dephēsus eēt morte mulctādū: Homerī poemata vt ordine refarcirent scripsit: vt cēt versū sensūq; cōsequētia. Magis ergo Solō q̄ pisiistratus homerū illustrauit: vt in quito Megaricorum dieuchias ait. Primus aut trigēsimam diem mensis ἔμην καὶ ἡεῶν appellauit. nouemq; principū numerū ad sentētiās dicēdas prior instituit vt Apollodorus: in secūdo de legislatoribus refert. Seditione aut inter vrbānos agrestesq; ac maritimos

exorta: neutrag; se partium fecit. Aiebat sermonē esse effigiē operis. Regē qui esset fortissimus viribus leges araneag; telis dicebat eē similimas. Illis qppe siqd leue & ibe cillum iciderit: inuolui ab eis atq; cōtegi. Si quid maius aut grauius perūpi ac perire. Sermonē quidē silētio: silētiū vero tpe signari dicebat. Qui apud tyrānos possent cos calculis quibus in cōponendis rationibus vtimur cōparare consueuerat: vt. n. illi interdum maiorem numex; interdum minorē significant: ita & Tyrānos hor; quēq; pro ut libitum fuerit: aliqn illustrem & inclitum: aliqn obscur; habere & ignobilem. Inter rogatus cuius rei gratia cōtra parricidā legem nō tulisset: q; desperasset ait hoc scelus: quo pacto itē homines minime humana iura violarēt. si sic doleant & afficiant qui in iurijs non lacescunt: vt qui lacescunt facietatē ex diuitijs nasci: & ex facietate contumelias gigni. Atheniēses vero vt dies secundū lunæ cursum agerēt monuit: Thespim tragedias docere phibuit: iutilē eas falsiloquentiā vocans: vbi ergo seipsum pibstratus costernauit: inde ait ista pullularūt. Sunt autē eius monita qbus consulere solebat hoi bus: vt ait apollodor⁹ i libro de philosophor; scētis. huiusmodi virtutē atq; pbitatem iuramēto fideliozem cēse mentiri noli: praelara studiose meditare amicos: cito noli acquirere. Quos autē acquisieris reprobare caue. Tunc rege cū primum didiceris regi: cōsule nō quæ suauissima: sed q sunt optima. aiūm: ac rationem ducē sequere. Noli malis congregi: deos honora parentes reuerere. Fertur & minermum increpassē cum scripserit. lx. annum fatalem esse: monuisseq; vt octogesium scriberet. Sexdenos possunt annos deprendere fata.

Et morbi curæ sint peul atq; graues.

At mihi si quisq; sit par: hunc tollet: vtq;

Si dixi similem: sit procul inuidia

Affereq; huc vicos huc te iuuet edere cantus

Octaginta annos prendere fara queunt.

Sunt item quæ metro celebrantur eius præcepta in hunc sensum:

Ne forte qui tegant quod intus habebunt:

Dum voce te loquuntur ac tenent blanda

Odiū: memento singulos probe serues.

Ne lingua duplex ex atra sonet mente.

Caute singulos obſua: ne forte odiū in corde tegāt dū blāda & arridenti facie te allo-
quunt: Duplexq; illis lingua atra ex mente sonet. Cōstat eū scripsisse leges: cōciōes quo-
q; & in seipsū monita elegia. De Salamīa itē atheniēsiūq; repu. ad quinq; milia versuū

Iambos quoq; & Epodos. Porro ipsius imagini i hunc sensum epigrāma scriptum ē.

Quæ dudum rabidas medorum propulit iras.

Legiferum solona pulchra tenet salamis

Floruit maxie circa. xl. & .vi. olympiadē: cuius tertio anno princeps atheniēsiū fuit: vt

ait Soficrates: quo ē tpe leges eis dedit. Obijt autē in cypro ætatis suæ anno octogesi-

mo: hoc suis mādās vt Salaminā eius ossa trāsserrēt: atq; in cinerē soluta p puinciā dis-

seminarēt: quocirca & cratin⁹ i deterio ib⁹ ipm ita loquētē facit: habito hāc isulā: vt q

dē fama ē hoīum semiat⁹ p oēm aiacis vrbē. Extat d illo & nost⁹ epigrāma epigrāma

tū libro: vbi & de sapiēribus oibus & doctrina præstātib⁹ viris oī gñe metroq; loquor.

Cypria defunctū cremauit flamma solonem.

Sed dispersa agris ossa tenet salamis:

Pulchrę vexerunt animam super æthera currus.

Hic leges curas condidit ante leues.

Aiunt & hanc ipsius fuisse sententiam. Nihil nimis: ipsumque refert Dialcorides in commentarijs: cum lachrymaretur ac lugeret defunctum filium dicereturque sibi a quodam: at nihil proficis: respondisse: at propter hoc ipsum illachrymor: quia nihil proficio: feruntur & ista illius epistola.

¶ Solon Periandro.

Cribis tibi plurimos insidiari. At tu siquidem omnes e medio tuleris: nec sic quidem proficis: insidiaberis. n. tibi quispiam ex his & quos minime suspectos habes: partim sibi quidem metuens: partim te reprehendens quod omnia formides: nihilque non metuas: partim item civitati gratificari cupiens. Esset ergo optimum abstinere Tyrannide: ut causas omnes metus euaderes. quod si tyrannidi insistendum censes copares necesse est tibi externas vires: & peregrina auxilia urbanis viribus maiora: ut iam tibi nullus infestus sit: & tu neminem extorrem agas. Vale.

¶ Solon Epimenidi.

te: quod ne hic quidem ethica rudis fuisse videatur: namque de legibus philosophatus est:
& de honesto & æquo. Porro Socrates quod hæc ab illo sumpta propagauerit inuenisse pu-
ratus est. Duas esse generationis causas asserbat: calidum & frigidum aëria de limo nata
iustumque & turpe non natura constare: sed lege hac autem ratione nitebatur liquentem calore
aquam ubi ignis inflammatur ardoribus terram efficere: ubi vero circumfluit: aerem gignere:
atque ideo illam quidem ab aere: hunc autem ab ignis leui facileque motu contineri: gigni vero aë-
ria ex terra calore: quod limum lactis simillimum ad escam emanauerit: sic & homines natos
primusque vocem aera percussam diffiniuit. mare in concauis per humum veluti collatum con-
sistere dixit: maximumque siderum solē: & omne hoc infinitum appellauit. Fuerunt & tres
alij eiusdem nominis: primus Chirographus qui omnem ab alexandro pagratam terram
descripsit. alius qui quæ naturæ sunt propria versu perdidit: tertius orator qui & artē ora-
toriam scripsit.

Socrates.

Socrates sophronisco patre lapidario: matre phanareta obstetrice natus: sicut
f & plato in theæteto meminit: Atheniensis patria: pago alopeccensis fuit. non de-
fuerunt qui illum iuuasse euripidem existimauerint. Vnde melesiochus ait phry-
gibus nouo euripidis poemati & socratem ligna ministrasse.

Euripidis recens phryges est fabula.

Sarmenta cui supponit: & socrates prudens:

Ac rursus Euripides socratis vt socij: & adiutoris meminit.

Tumores socratis noueras ligatores:

Et callias. tu grauis: & sentis sic magnum.

Mihi licet: Socrates enim certe causa.

Aristophanes quoq; hoc ipsum in nephelis tradit: hunc asserens euripidem fuisse qu

Tragœdias scripserit eloquentiæ sapientiæq; plenissimas.

Sapientiæ Euripides agens tragœdias.

Plenissimas hic est celebresq; multum.

Cum igitur Anaxagoræ secundum quosdam auditor fuisset: & damonis vt Alexâder in
successionibus ait: post eius dânationem ad Archelaum se physicum cõtulit: cuius: &
pædica fuisse scribit Aristoxenus. Porro Duris seruiuisse illū ait: & sculpisse lapides:
opusq; illius esse gratias quę sunt in arce vestitas pleriq; asserunt: vnde illum: & timon
insillis: & sculptorem lapidum dixerit: & græcorū vatem præterea vaffrum: & orato-
rem variū subatticumq; simulatorem appellarit.

Lege loquens vaffer rhetor lapidumq; politor

Græcorum vatesq; subatticus: & simulator

Deriuauit ab his monstrans certissima verba

Erat quippe i oratoria sicut ēt idomeneus refert promptus atq; acer: sed cum tyranni
xxx. dicēdi artē: vt ait Xenophon: docere vetuerunt. Carpit: & ab Aristophane. vt qui
deteriorē rōnem meliorē faceret primus: quippe: vt fauorinus in oīmoda scribit histo-
ria: cū Aeschine discipulo oratoriæ cāpos aperuit. Idomeneo id ipsum i libris quos de
Socraticis scripsit asserente: primusq; de vitæ ratione disseruit: ac primus philosopho-
rum damnatus moriē. Ait aut Aristoxenus Spīthari filius pecunias illum ex ministe-
rio suo ad necessariū victum congregare solitū. Ceterū critonem cum ab emendicanda
quottidiana stipe atq; ab officinæ subduxisset ministerio gratiam animi ipsius admira-
tum. ei q; se in disciplinā dedisset Demetrius Bizantijs auctor est. Animaduertens aut
naturalis speculationis fructum nullū esse: eamq; ad officia vitæ nihil esse necessariam
inuexit primus ethicem: deq; illa: & in officinis: & in publico quotidie philosophans:
ea potius inquirenda hortabatur: quæ mores instruerent. & quorum vsus nobis domi
esset necessarius. Illic. n. Homeri testimonio bonū nobis malumq; nasci: Sape vero in-
ter loquendū agente id oratiōis vehementia iactare digito solebat: & crines vellere: ita
vt a plerisq; rideret: habereturq; despectui quę tñ oīa ferebat æquo animo. Vnde & cū
fuisset a quodā calce percussus: admirātibus illius tolerantiam dixit: quid. n. si me as-
nus calce ipetisset num illi diē dixissem: Hec demetrius. Perigrinatiōe vero illi opus nō
fuit quemadmodū plurimis: nisi inquantū militauit: sed semper eodē in loco manēs.
contētus cū familiaribus: ac studiosis disputabat: nitebaturq; summo ingenij acumi-
ne nō tam illos ex snia refellere: q̄ ipse quid verū esset inuenire. Ferē cum eurypides ei le-
gendū Heracliti opusculū dedisset: rogaretq; quid sibi videre dixisset: ea quidē quæ in-
tellexit fortia sunt: puto item: & quæ non intellexi: verū delio id narratore aliquo indi-
get. Cura illi dicens fuit corporæ exercitationis: eratq; præclari habitus. Deniq; in am-
phipolim armatim militiam secutus ē: atq; prælio cōmisso circa delum lapsum equo
xenophontē apprehendit atq; seruauit. Confugientibus atheniensibus ceteris ipse lēto
passu abibat: saepe clam retrospectiēs: & vlisci obseruans si quis ense ipsos inuadere ten-

tasset. Militauit & in potideam per mare. Nam pedibus minime licebat obſiſtēte bello quo tempore nocte tota in vno habitu permanſiſſe tradunt. Et cum in ea expeditio ne fortiffime pugnaſſet ac viciffet, victoriam alcibiadi ſpōte conceſſiſſe: quem a Socrate amatum Ariſtippus in quarto de antiquis delitijs teſtatur. Ion autem chius iuuenē cum archelao ſamum in ſamo peregrinatum veniſſe tradit. Ariſtoteles & pythone perfectum ait. Iſthmum quoq; fauorinus in primo cōmentariorum aduſſe refert. Erat autem conſtantis animi inuictēq; ſententiæ: & imprimis popularis dominatiōis ſtudioſus: quod cum ex alijs cōſtat: tum ex eo maxime q; iubentibus qui cum Critia erāt nobilibus. leontē Salaminium illuſtrem & opulentum virum ad ſe deduci perimēdum haud quāq; ceſſit: ſolusque aduerſus. x. potentiſſimos duces ſententias ferre auſus eſt: & cum libere quo velle abire e carcere liceret noluit. & plorātes ſauere increpauit: pulcherrimosq; ſermones illos vinctus proſecutus eſt. Frugi item erat & continēs. Refert Pamphila in ſeptimo cōmentariorum cum alcibiades grandem illi aream ad conſtruendam domum largiretur dixiſſe: an vero ſi calciamenti mihi opus eſſet: corium dare ut calceos mihi ipſe conficerem: atqui ridiculus eſſem ſi acciperem. Sæpe cum eorū quæ publicæ vēdebātur multitudinem intueretur: ſecū iſta voluebat: q̄ multis ipſe nō egeo: ac ſemper habebat in ore iambos illos: quibus argētum & purpura & cætera id genus tragœdis potius q̄ vſui vitæ neceſſaria docētur. Tarchelaum præterea Macedonem & ſcopā Crānonium: Eurylocūq; larifeū aſpernatus eſt alto aīo: cum neq; ab eis miſſas pecunias accepit: neq; ad eos ipſe proficiſci voluit. A deo autē parce ac temperate vixit ut cū Athenas lues ſæpenūmero vaſtaret: ſolus ipſe nunq; agrotauerit. duas illū vxores duxiſſe: priorem xantippen ex qua lamproclē genuerat: ſecundam Myrtonem Ariſtidis illius iuſti filiam quam & ſine dote acceperit: queq; ſibi ſophroniſcū menexenūq; peperit Ariſtoteles auctōr ē. Alij Myrtonē prius duxiſſe: pleriq; vtraſque ſi mul habuiſſe tradūt: ex quibus & Satyrus eſt & Hieronymus Rodius. quippe Athenienſes cū Bellis ac lue ciuibz exhaustam ciuitatē reparare ſobolemq; p̄pagare vellēt decreuiſſe referunt: uti urbanam quidē vnā vxorem ciues ducerent: liceret autem & ex altera p̄creare liberos. Idq; tū & Socratem feciſſe. magna vero mētis altitudine carpenſes ſe atq; obiurgātes contēnebat. In facilitate quoq; victus maxime gloriabatur: mercedēq; nullo exigebat. Dicebat autē qui ſauiffime comederet eum minime obſonio egeret: & qui cum voluptate biberet: eū quod præſens nō ſit poculum non quærere nec expectare: eumq; dijs maxime propinquum: qui minimis egeat. Hoc ſi quis velit a Comiciſ doceri poterit: Qui proſecto illū dum vituperare querūt: laudant. Ariſtophanes deniq; ſic illū agit. O præclare ſapiētiae amator homo q̄ iuſte Athenis beatus alibiq; viuīs: ſic memores & curis plenus ineſtq; animo crūna: neq; fatigaris aut ſtans aut ſedēs: ſed ne alges quidē multum dolens: neq; prandere cupis vinoq; & edacitate abſtines: alijsq; inhoneſtis: porroq; Amepſias palliatū illum inducēs ſic ait. Socrates paucorū optime viroꝝ multorumq; vaniſſime & ipſe ad nos pergis: patienſq; es: vnde tibi pallium hybernum: hoc incōmodum per coriarij cōtingit malignitatē. Hic tæctū eſuriēs aſſentari nunq; paſſus es Cateꝝ ipſius rei q̄ ſemp inimicus fuerit: ut que magno & alto animo ſcēdam iſtam adulationē præteruectus ſit: Ariſtophanes itidē accedat teſtis in hanc ſentētiā elatus faſtu vias teris oculoq; innuis & diſcalciatus pergis: pluraq; toleras atq; inter nos vultus grauitatē ac reuerētiam ſeruas. Cumq; hoc vitæ inſtituto degeret interdum tamē ipſi congruēs venuſtiore habitu amiciebatur: ut in Platonis ſympoſio ad agathonem pergēs: æqua illi & hortandi & dehortādi facultas fuit.

Deniq; theatetum cum de disciplina differeret: vt ait Plato: mirifice immutatum diuinumq; ferme remisit. Eutyphrona qui patridiē dixerat: quādā de iustitia & pietate loquens ab instituto reuocauit. Lysidem autē hortando maxime moralem fecerat. Erat enim illi ingenium ad eliciendos ex rebus sermōes accōmodatum. Lamprocle item filium in matrem immitem ac feg: vt ait Xenophon: suadendo ad reuerentiam: reduxit. Glauconē prāterea Platonis fratrem ad rem publicam accedere volētem: proposito retraxit: q̄ is rudis esset ignarusq; rex. Item vt refert xenophon. Charmidem ecōtra quia esset maxime idoneus: ad capeffendam incitauit. Iphicrati quoq; duci animos adiecit: cum ostendisset ei gallos gallinaceos Carij midæ corā callia pēnis ac rostro dimicantes: ipsumq; glauconides ciuitati acquirere optabat: non secus ac fasianum auem aut pauōem. Dicebat autem facile cui uis esse quæq; habet mira proloqui. Amicos autem quot possideat nominare difficilimum: tantam in eis obseruandis in esse negligētiam: Euclidem vero cum videret foenrsium causarū imprimis studiosum: Oinquit Euclide Sophistis quidem vti poteris: nō autem hominibus. Inutile enim arbitrabatur ac turpe hisce dare operam: sicut & Plato in euthydeno testatur. Dederat illi charmides domesticos pueros vt ab eis domum deduceretur: sed noluit ille suscipere. Sūt qui dicāt illum Alcibiadis eximiam formā aspernatum. vacationem vt possessionum omnium pulcherrimam laudabat: & in ea iucundissime acquiescebat: vt in symposio testatur xenophon. Dicebat & vnicum esse bonum sciam: malum econtra vnicum iscitiam: opes ac nobilitatem nō solum nihil in se habere honestatis: vex & malum omne ex eis oboriri. Deniq; cum dixisset ei quidam Antisthenem matre esse threicia. Tūne iquit arbitrabaris ex duobus atheniēlibus adeo insignem virum natum: Phædonem quoq; captiuitatis necessitate quastui turpi expositum critoni redimēdum prācepit: spectatūq; philosophum fecit: sed & fidibus canere didicit: quādo illi opportunum fuit: minime improbum seu pudēdum dicens: quod quisq; nesciat: discere. Sapius item saltabat eam exercitationem plurimum ad tuendam bonā valletudinem cōducere existimans: sicuti & xenophon in symposio testatur. Asserebat & dæmoniū sibi futura prāsignare: ac bene incipere paruū non esse: sed maximum: & scire se nihil prāter hoc ipsum quod nesciret: eos itē qui prācocia multi emerēt desperare aiebat se ad maturitatis tempus peruenturos. Rogatus aliquando quæ nam sit iuuenis virtus: nihil nimis inquit: geometriæ cōsq; dandam operam monebat: quoad quisq; possit terram mensura accipere & dare. Euripide vero de virtute ita differente: vt diceret prāclarum cē temere hanc dimittere surgens egressus est: ridiculum esse dicēs mancipium si non inueniatur: dignū inquisitione iudicare: virtutem vero passum perire permittere. Interrogatus utrū melius eēt vxorem ducere nec ne: utrūuis horum inquit egeris pœnitētia incesset. admirari dicebat cur hi qui lapidea signa sculperēt summa ope niterētur: vt lapis hominī q̄ similimus euadat. se ipsos curare negligerent ne similes lapidibus & videantur: & sint. Hortabatur & iuuenes: se iugiter in speculo intuerentur: vt si quidē formosi essent: digni ea specie fierēt: sin autem deformes eam deformitatē eruditione protegerēt. Cum vocasset ad cœnā diuites: & xatippē modici puderet apparatus: bono inquit esto aio. Nam si quidem modesti erunt frugi mēsam haud quāq; aspernabūtur: sin autē intemperantes nulla nobis de hisce cura erit. Aiebat alios hoies viuere vt ederēt: se ideo edere vt viueret. Ad hæc vulgus ignobile & imperitam amplectētem plebem idē ferme facere dicebat: ac si quis singulos nummos reprobareret: congestum ex hisce cumulum vt p̄babilem susciperet. Cum sibi dixisset Aeschines: pauper sum & aliud habeo nihil: me

ipsum aut tibi do: an vero tu inquit non animaduertis q̄ mihi maxima tradis. Indignā
ti cuidam cur despiceret: cum summa reg. xxx. sibi arripuissent: ergo ne iquit poenitet
te. Referēt q̄ illum Athenienses mori decreuissent: & natura illos inquit. Hoc alij ad
anaxagoram referunt: dicēte sibi vxore iniuste morieris: an tu inquit iuste malles: cum
in somnis quendam sibi ista dicētem audisset. Tertia tephthie tempestas lata locabit.
Ait ad Aeschinē post diem tertium se moriturū: qua die cicutam bibiturus erat. Apo
lodorus ei pallium prāciosum obtulit vt in illo moreret: & ille quid inq̄: num palliū
meum viuenti congruum fuit: Vita functo non conueniet: nuncianti sibi quendam se
maledictis incessere: bene ait loqui non didicit. Cum disruptam palij sui partem vertis
set Antisthenes & inspectandam omnibus dedisset: aspicio inquit per scissuram pallij
tuam vanitatem. Dicēti cuidam non ne tibi ille maledicit. non inquit: mihi enim ista nō
ad sunt. Dicebat expedire se ipsum ex idustria comicis exponere. Nam si quidem ea di
xerint quę in nobis corrigenda sint emēdabunt. Sin alias nihil ad nos. Xanthippe cum
in eum prius conuicia & maledicta iaculata eēt Postmodum vero & sordidis aquis per
fudisset: non ne inquit dicebam xanthippem tonātem quandoq̄ pluituram. dicēti Al
cibiadi non esse tolerabilem xantippem adeo morosam: Atqui ait ego ita hisce iam pri
dem affluetus sum: ac si iugiter sonum trochlearum hauriam an vero tu nō toleras cla
more perstreptentes anseres: illo dicēte at mihi oua pullosq̄ pariunt: & mihi ait xantip
pe filios gignit. Cum pallium illa sibi in platea sustulisset monerētq̄ familiares iniuriā
manu conferta vlisceret. Præclare inquit vt nobis corrixantibus quisq̄ vestrum accla
mare pergat: Eia Socrates Eia xantippe asperioris ingenij: vxori ita congregiendū mo
nebat: vt equis animosis equites: Caterum sicut illis cum hosce subegerint: reliqui fa
cile cedunt: ita & mihi post xantippes vsum: reliquorū mortalium facilis toleratio ob
ueniet. Ista & huiusmodi gerens quotidie & dicens: pythie testimonio laudatus ē: quę
chærephonti id oraculum edidit: quod in omnium ore ē: quo. s. mortalium omnium
Socrates sapientissimus prædicaretur: ex quo magna in illum inuidia conflata est: præ
tereaq̄ q̄ eos qui se ipsos magnificarēt & estimarent quasi stolidos & insensatos arguis
set: eorum ex numero anytus ē: sicut in mēnone plato ait. is enim a Socrate rideri se nō
ferēs: primum quidem aristophanem aduersus illum inuexit atq̄ in eius maledicta p
uocauit. Postmodum vero melitum etiam induxit: vt illi crimen impietatis adolescen
tiumq̄ corruptiones obijceret. Et melitus quidem ad iudices illum accusauit: sniam ve
ro Polyectus dixit: vt ait Fauorinus in omnimoda historia: orationem Polycrates so
phista scripsit: vt Hermippus refert siue vt quidam volunt anytus: præparauit autem
omnia Lycon orator. porro Antisthenes in philosophorū successionibus: & in apolo
gia Plato tris illum accusasse tradunt Anytum Lyconem ac Melitum: Anytum qui
dem opificum ciuiliūq̄ partes tuentem: Lyconem oratorū Melitum vero poetarū
q̄ eos omnis carperet Socrates. Fauorinus in primo commentariorum veram non eē
Policratis in Socratem orationem tradit: quod in ea facta sit mentio murorum a Ge
none instauratorum: id vero factum constat sexto anno post mortē Socrati: sic au
tem se habet. Enimvero causā ipsius coniuratio hoc mō gesta est. Seruatur enim ha
ctenus inquit fauorinus in metro. Accusauit melitus meliti filius pittheus Socratem
Sophronisci filium alopecensem de hisce criminibus: iura violat Socrates quos ex ma
iorum instituto suscepit Ciuitas deos esse non aestimans. Alia vero noua daemonia in
ducens. Contra ius & fas iuuenes corrumpit: poena illi mors. Philosophus vero cum
sibi lyfias quam p se scripserat apologiam recitasset: bona inquit & preclara est oratio

lyfia mihi tamen minus congruit. Erat. n. illa plurimum iudicialis: q̄ vt philosopho cōuenire videret. Percontāti lyfiæ cur si bona esset nō sibi congrueret oratio: non ne iquit & indumenta & calciamenta speciosa esse possent: neq; tñ mihi conuenire: Cū vero iudicium ageret: ascendisse platonē in suggestum refert iustus tiberienſis in stēmate ac dixisse: minor natu cum sim viri athenienses his oibus qui tribunal ascenderunt: interpellatumq; a iudicibus reclamātibus descende. Damnatuſ igit̄ est iudicū ducētis. lxxx. & vna sententijs. Tractantibusq; iter se iudicibus quid illū potius conueniret pati an penderet: viginti & quinq; dragmas soluturū se dixit: q̄q̄ eubulides centū esse pollicitum dixerit. Verū tumultuantibus iudicibus: eorū inquit gr̄a quæ a me gesta sunt: cenſeo me in prytaneo publice ali. Tum illi adiectis alijs. lxxx. sentētijs morte illum damnant: & cōtinuo coniectus in vincula post paucos dies venenū bibit: multa prius de immortalitate animorū: ac præclara differens: quæ in phædone Plato digessit: pæana quoq; illū scripsisse pleriq; autumāt: cuius est initium: Delie apollo salue: simulq; Diana pueri gloriosi. porro Dionysodorus pæana illius non esse memorat. fecit & æsopiam fabulam non multum cōposite: cuius initium est: Aesopus hæc rerulit & cætera: atq; in hunc modū Socrates excessit e vita. Atheniensibus eius facti tñ pœnitentiæ incessit mox: vt palæstras & gymnasia clauderent & alios quidem exilio: Melitū vero morte damnarēt. socratem aerea imagine publice honorauere: quā a lysippo perfectā in vrbis celeberrimo loco statuerunt. Anytum ipsa die reuertētem Heraclē ex terminarūt: passi sunt hæc athenienses non mō in socrate: verū & in alijs viris illustribus permultis. Namq; vt ait Heraclides homerū veluti insanientem dragmis. l. mulctarunt: tyrtaumq; mentis impotem dixerunt & astydamantē primum ex ludo æschyli sapientissimū aerea imagine honorauerūt: Eis Euripides quoq; id exprobrat in Palamede innocuamq; musam insectatos clamans. Enimvero philochorus Euripidē ante Socratem obiisse tradit. Nascitur Socrates vt ait Apollodorus in chronicis sub apsephione septuagesimæ & septime olympiadis anno quarto Thargelionis mēsis sexta: quo die lustrant Atheniēses Ciuitatem Dianamq; natā Delij tradunt. morit̄ primo anno nonagesimæ quintę olympiadis. lxx. etatis anno. eadē ferme Demetrius Phalerius ait. Sunt qui sexagenarium obiisse referant: yterq; vero Socrates & Euripides Anaxagorę auditores fuisse. Porro Euripides primo anno septuagesimo olympiadis sub calliade ortus ē: Videtur autem mihi socrates & de naturalibus differuisse: quando quidem & de prouidentia plerumque disputat: vt xenophon ait: & certe cum de mortalibus tantummodo verba cum fecisse asseueret. Sed & plato in Apologia mentionem Anaxagorę faciens aliorumq; physicorū: q̄ Socrates negat: de his dicere ipse cōprobat: & quidem cum sua oīa socrati semper attribuat. Refert Aristoteles magnū quēdam ex Syria pfectum Athenas Socratem pluribus i rebus reprehendisse: violentaq; illi mortē futuram predixisse.

¶ Est nostrum in illum epigramma istiusmodi.

Nunc bibe: nam vere sapientem dixit Apollo.

Socrates illustris & deus est sophia.

Ciuius ingratuſ data sunt tibi dira venena.

Ast illi hauserunt protinus ore tuo.

Bibe nunc illustris Socrates: Cecinit nam vere sapientemq; dixit deus: at deus sapientia. Nā venenum quidem a ciuibus ingratuſ accepisti: sed id illi tuo ore ebiberunt. Fuit eis vt refert Aristoteles tertio de poetica: cū Antiocho lēnio & antiphonte contentio quēadmodū & Pythagoræ cū Cydone & Onata. viuētiq; Homero cū Sagari: vita

functo cū xenophane memorato colophonio: Hesiodo item viuenti cum cecrope: de-
 functo cum xenophane memorato: Pindaro cum Amphimene coo: thaleti cum Phe-
 recyde: Biantiq; cum Salyro Prienæo: Pittaco cum Antimenide: & alceo: Anaxagore
 cum Solibio. Simonidaq; cum Timocreūte. Sed enim ex his qui succedere socrati ap-
 pellanturq; socratici: nobilissimi sunt Plato: xenophon & Antisthenes. Ex his vero qui
 decem dicuntur: clarissimi fuerunt quatuor Aeschines: Phædon: Euclides: & Aristip-
 pus: primo igitur dicendum de xenophonte: deinceps de Anthisthene inter Cynicos:
 tum de socraticis: atq; ita demum de platone qui & decem sectarum princeps est: pri-
 mamq; academiā ipse constituit. Hic ergo successionis est modus. fuit & alius socra-
 tes historicus qui argos diligenter descripsit: alius item peripateticus Bithynus atque
 alius poeta epigrammatum: & alius Cōus qui deorum preces inuocationesq; cō-
 scripsit.

¶ Xenophon.

x Enophon Grylli filius atheniensis: pago archicus fuit. Erat aut̃ verecūdus: &
 ultra q̃ dici possit speciosus. Aut̃ eum cū Socratem in angiporto quodam ha-
 buisset obuium: Porrecto ab eo baculo trāsire phibitum: percontātī vero vbi
 nā venirent quæ humanis vsibus accōmodata sunt singula cum ille respondisset: rursus
 vbi nam boni ac p̃bi. hoīes fierent rogare perrexit. Ad hæc hærente illo dixisse ei Socra-
 tem: sequere igit̃ & discere. ex eo socratis auditor factus primus oīum quæ dicebant̃ no-
 tis excepta in publicum ædidi cōmentaria inscribens: primusq; philosophorū scripsit
 historiam: Hunc adamasse cliniam Aristippus in quarto de antiquis delitijs meminit:
 atq; ad eū hæc dixisse. Nam nunc ego cliniam gratius intueor: q̃ cætera oīa quæ sunt in-
 ter homines speciosa & quæ sunt dulcia hoībus: cecusq; mallem ad cætera fieri dū vni-
 ci cliniaē conspectu fuerer. Angor noctu & in somnis q̃ illū non video: diei ac soli grati-
 as ingentes ago q̃ cliniaē mihi faciē reuelant. In Cyri amicitiam hoc mō venit: erat illi fa-
 miliaris q̃dem p̃xenus nomine. Boetius genere: discipulus Gorgia leontini cyroq; co-
 gnitus & carus: is apud Cyrum Sardis morabat̃. Scripsit. aut̃ xenophonti epistolam
 athenas accersens illū & Cyro amicū fieri suadens hanc ille socrati ostendit: consilium
 q̃ flagitabat. Eū ille delphos misit: in ea re dei consilio vsur̃. Paruit xenophon: profe-
 ctusq; ad eū. rogat num pergere ad Cyrū debeat necne: sed quo pacto ire: qua in re So-
 crates illum & si modice insinulabat proficisci tñ monuit. vbi aut̃ ad cyrum venerat:
 ita se illi insinuauit: vt non minus illi amicus carusq; fuerit q̃ proxenus: & alia quidem
 oīa quæ in ascensu Cyri ac descēsu cōtingere nobis ipse diligentissime tradidit. Inimici-
 tias aut̃ aduersus Menonē pharsaliū grauissimas exercuit: qui fuerat ascēsus tempore
 Peregrini militis ductor: cui inter cætera maledicta & illud obiecit maiorib⁹ illo se vsū
 amalijs. Apollonidi item cuidam exprobrauit: perforatis esse eū auribus dicens: post
 ascēsum vero & ponticas clades fœdera q̃ a Seutho odrysoꝝ rege violata: se in asiā con-
 tulit ad Agefilaum lacedæmonioꝝ regem: Cyriq; milites illi sub mercede præstitit: ac
 se illi penitus deuouit: amicissimusq; fuit. Quo tēpore q̃ laconicas partes tueri videret̃:
 exilio dānatus ab atheniensibus est: profectus deinde ephesum dimidium auri qd̃
 secum tulerat Megabyzo Dyanaē sacerdoti seruādū tradit quoad reuerteret̃. Sin aut̃
 statuam ex eo cōfectam deo cōsecrare iubet ex dimidio reliquo donaria in Delphos mi-
 sit: inde cū agefilao in grāciam ad bellum cōtra Thebanos p̃fectus est lacedæmonijs
 cōmeatum illi suppeditantib⁹. Hinc iam omisso agefilao in agrum Heleæ scillontem
 venit ab vrbe paruo spacio disseparatū. Sequebat̃ aut̃ illum & muliercula Philesia no-
 mine: vt refert Demetrius magnesi⁹: & duo liberi Gryllus: ac Diodor⁹: vt ait Demar-

chus in libro de repudiō aduersus xenophontem: qui ēt gemini vocati sunt. Aduenien-
te vero megabyzo sub occasione publice festiuitatis receptis pecunijs prædium emit &
deæ cōsacrauit: quod amnis interfuit Selenus ephesino fluuio æquiuiocus. Hinc iam
venationibus istabat: amicis cōuiuia faciens historiasq; cōscribens: Refert Demarchus
lacedæmonios illi domū agrumq; dedisse. Philopidam præterea Spartiatam aiunt ad
eum illuc dono misisse, mancipia ex dardania captiua abducta: ipsumq; arbitrio suo il-
la disposuisse: quo tempore elientes in Scillonta cū exercitu pfectos lacedæmonijs re-
morantibus agrū cepisse. Tum vero xenophontis liberi cum paucis seruis clam se sub-
ducentes in lepræum cōcessere. xenophon quoq; ipse, in elim primo: postmodum in le-
præum ad filios venit: atq; inde cū illis Corinthum profectus: illic postea domicilium
habuit: Interea cum decreuissent atheniēses afflictis lacedæmoniorum rebus opitula-
ri: filios athenas militaturos p lacedæmonijs mittit: apud Spartanos quippe instituti
fuerant: vt refert Diocles in vitis philosophorum: ex ea pugna Diodorus nullo præcla-
ro faciore illustris euasit ei; filius ex fratris nomine fuit. Porro Gryllus iter equites for-
tissime dimicans: erat aut ea pugna circa mantiniam honesta morte defungitur magi-
stro equitum Cephisodoro: & imperatore exercitus agefilao: vt ait Ephorus in quinto
& vicesimo historiæ libro: in ea dimicatione epaminundas Thebanorum dux cecidit.
Fert xenophon coronatus sacrificasse: & cum filium corruisse didicisset: coronam de-
posuisse. vbi vero acriter pugnantiem oppetisse comperit: eam rursus capiti imposuisse.
Sunt qui illum ne lachrymatum quidem dicant: solumq; dixisse: sciebam me genuisse
mortalē. Refert Aristoteles Grylli laudes: & epitaphia: tunc innumeros scripisse: par-
tim vt eius virtus celebris fieret: partim item vt patri gratificarent. Socratē item Gryl-
li laudes cōscripsisse Hermippus testis est, in libro de vita Theophrasti. Timon eum vt
solet: carpit. Hæc vita xenophontis fuit: florebat maxime quarto anno nonagesimæ &
quartæ olympiadis: ascēditq; cū Cyro sub p̄cipe xenoneto āno vno āte Socratis mortē.
Obijt at vt ait Stesiclides atheniēsis in descriptōe principū & olympiōicū āno p̄ ceteri-
mē qntē olympiadis: sub p̄cipe Callide mede sub quo & philipp⁹ amyntæ filius ma-
cedonius regnabat: Obijt corinthi: vt ait Demetri⁹ magnesi⁹ ad maturā iā puect⁹ se-
nectutem vir pfecto cum in cæteris præstans & bonus: tum equorū venatoriūq; ac disci-
pline militaris in primis studiosus: vt ex libris suis intelligi dat. Religiosus præterea &
sacrificiis intentus: ex eoq; fibras diiudicare doctus & Socratem ad unguem imitatus.
Scripsit aut quadraginta libros: alijs aliter eos diuidētibus ascensum Cyri cuius per sin-
gulos libros: non aut totius operis prohemium fecit. Cyri instructionem: Cyri p̄dā:
græcas res & cōmentaria symposiumq; & æconomicum: & de equestri: & de venatio-
ne. Hippachium præterea & Socratis apologiam & de feminibus. Hieronem quoq;
siue Tyrānicum: agefilaumq; & atheniensium ac lacedæmoniorum ciuitatem: quā
non eam xenophontis Demetrius Magnesi⁹ testatur: fert & Tuciddidis libros eaten⁹
latētes cum subducere posset: ipse prior in eius viri gloriam in lucem dedisse. Appella-
batur aut musa attica: pro dulcedine eloquiū & incredibili facilitate. Quo circa & se in-
uicem ipse ac Plato emulabant. vt suo loco cum ad Platonē venerimus dicemus: Sūt
autem & in hunc nobis epigrammata sic se habentia:
Non solum ad perfas xenophontem ascendere cyrrus.
Fecit: at ille iouis siquis agat repetit.
Namq; suæ ostendens doctrinæ dogmata græca,
Socrati atq; bonum quam meminit sophia.

¶ Aliud ut mortuus est.

Cecropis & cranei xenophon si ciuibus actus

In exilium es: amici gratia cyrri.

Hospitis excepit: sed te studiosa corinthus.

Sic placet illic & manere nouisti.

Inueni alibi claruisse illū circa octogesima & nonā olympiadē vna cum Socratis ceteris: Istrus autē asserit illū ex decreto eubuli exulasse: eiusdemq; postea snia redisse. Septem vero fuere xenophontes: primus hic ipse: secundus Atheniensis pythostati illius frater: qui Theseidos poema cōposuit: q inter cetera Epaminūdæ quoq; vitam cōscripsit: ac Pelopidæ. Tertius Cous medicus. Quartus q Hannibalis historiam scripsit. Quintus qui p̄digia fabulosa cōmentus ē. Sextus Parius sculptor egregius: Septim⁹ antiquæ comœdiæ poeta.

¶ Aeschines.

Aeschines charini lucanicas vendētis siue ut volūt Iysamæ filius atheniēsis a puero miræ indolis: laborumq; patientissimus fuit. Quo circa & a Socrate nunq̄ discessit. atq; ideo Socrates de illo dicere solebat: solus nos honorare nouit Aeschines. Hunc Idomeneus tradit in carcere fugam Socrati suadere tentasse: non Critonem: verum Platonē cum amicius esset Aristippo Critoni verba illa accommodasse: vocatur in ius aeschines & imprimis a Menedemo eretriēse: quod Socratis nomine dialogos complures iuexerit: quos a xantippe se accepisse memorabat: ex quibus illi sunt qui vocantur acephali nimium flaccidi: nec socraticam robustitatem aut copiam p̄ferentes: eos tamen aeschinis nō esse Peristratus ephesius asserit: sed & plures ex septenario illo numero perseus refert pasiphontis eretrici esse: atq; ab eo aeschinis isertos libris: antisthenes quoq; paruum Cyrum: & minorem Herculem: & alcibiadem ceterorūq; libros ab eo fuisse compilatos. Sunt autem aeschinis dialogi qui socraticum exprimūt morem septē isti: Primus Milciades: ideo quodāmodo imbecilior est: deinde callias: tum axiochus: aspasia: alcibiades: Telauges: & Rinon: aiunt ipsum inopia adactum venisse in siciliam ad Dionysium: atq; a Platone despectū ab aristippo fuisse illi cōmendatum: ibiq; platis dialogis quibusdam accepisse numeros: demum athenas reuertisse: ibiq; minime philosophari ausum q; illic Platonis & Aristippi esset clarissimū nomen: auditores sibi sub mercede quæsiuisset: deinde in defensionem innocentium se ad scribendas orationes iudiciales conuertisse: atq; ideo Timonem de illo dixisse referūt: q; in persuadendo potēs fuerit. Aiunt illi dixisse Socratem cum premere inopia ut a seipso vsuras exigeret sibi subducendo cibaria. Huius dialogos Aristippus ē suspectos habuit. Deniq; dum eos Megaris legeret reprehēdisse ferunt: ac dixisse vnde tibi ista latro: refert Polycritus mēdelius in primo de Dionysio vixisse illum cum Tyrāno iugiter quoad tyrānide exciderit: & vsq; ad Dionis in Syracusas reditum: cum illo asserens & Carcinum comicum fuisse: fert & eius ad Dionysium epistola. Erat autem in arte oratoria maxime exercitatus: ut ex ea oratione quam p̄ defensione patris Phæacis magistri militum scripsit: & ex eo q; gorgiam leontinū imitatus est maxime constat. Scripsit at & Lysias orationem contra illum: quam inscripsit de calūnia. Ex quibus profecto liquet oratorem p̄cipuum fuisse: erat ei & familiaris quidā Aristoteles nomine cognomento mythus. Panatius omnium Socraticorū veros esse dialogos censet: Platonis xenophontis: antisthenis: aeschinis: de phædonis tantum & euclidis ambigit: ceteros dānat. Octo autē fuerunt hoc nomine. Primus hic ipse. Secundus qui artem oratoriam scripsit. Tertius orator Demostēis amulus. Quartus arcadia p̄fectus Socratisq; discipulus.

Quintus Mitylenæus: quē & flagellū oratorū vocabāt. Sextus Neapolitanus acadæmicus philosophus meladij rhodij discipulus idēq; pædica. Septimus milesius ciuiliſ scriptor. Octauos Statuarius.

¶ Aristippus.

Aristippus genere Cyrenaicus fuit: pfectum vero athenas Socratis fama per
citum æschines tradidit. Is vt ait phanias peripateticus etesius primus Socra
ticorū mercedem exegit: & quæstu phantus ē magistroq; pecunias mittebat:
cui cum aliqñ. xx. minas misisset: ille eas continuo remissit asserens deum id sibi nō per
mittere. Displicebat id quippe Socrati: Xenophon quoq; aduersus eū in festo fuit aīo.
Quocirca & librum cōtra voluptatem in Aristippum scripsit assertorem voluptatis:
eamq; Socrati disputationē assignauit. Theodorus quoq; in libro de sectis illum con
uitijs agit: & Plato in libro de aīa sicut in alijs memorauimus. Erat autē ei ingenium fa
cile: & congruere loco tpi personæ nouerat: omnemq; conuenientiæ simulare rōnem.
Quamobrē & Dionysio plus cæteris p̄batur: quia ad oē quod emergeret bene affe
ctus instructusq; videret. Nam vt percipiebat præsentiū voluptatem: Ita vt absentib⁹
frueret non laborabat. Vnde & Diogenes ipsum regiū appellabat canē: eumq; timon
vt nimis delicatū acriter mordet. aiunt illū aliqñ iussisse perdicem quinquaginta drach
mis emi. Tantū luxuriæ grauiter ferenti cuidā respondisse. tu istā obolo non emerēs:
& cū annuisset ille: mihi vero inqt quinq; drachmæ tm̄ valent. Tres formosas me
retrices ei in conspectum dari aliqñ Dionysius iussit: eumq; q̄ ex illis vellet eligre: Tū il
le tres simul abduxit: dicēs neq; paridi tutū fuisset q; vnam prætulerit cæteris. Eas igr̄
ad vestibulū vsq; deduxit: ac dimisit: adeo erat & inelligēdo & incontenēdo facilis: lō
q; stratonē siue vt alij volūt Platonē ad eum dixisse tradunt: Tibi soli & clamidem &
pannū ferre datum ē: consputus a Dionysio modice tulit: eā iniuriam cū quidam egre
ferret piscatores inqt vt gobiū rapiant: mari patiunt̄ aspergi: & ego vt balenū accipiā:
nō patiar excreatiōe respergi: Prætereuntem qñq; Diogenes olera abluens obiurgauit
& dixit. Ista tu si parare tibi didicisses Tyrannorū aulas nō adeo fœdus assentator adi
res. Tu vero ait ille si q̄dem conuersari cum hoībus scires: olera pfecto non lauisses. In
terrogatus qd nam sibi ex philosophiæ studijs quæsisset. Posse iquit oībus fidenter lo
qui. Cum p̄bro sibi dare q; præciose & exquisitissime viueret: si vituperandū ait hoc es
set: in celebritatibus deorū pfecto nō fieret. Rogatus aliqñ quid habent amplius phi
losophi: si oēs inqt leges intereant similiter viuem⁹. Percontāti dionysio cuius rei grā
philosophi diuitū limina terunt: philosophorū vero diuites nō ita: q; illi inqt sciunt qui
bus idigent: isti nesciunt. Interrogatus quo differant docti ab indoctis: quo inqt do
miti equi ab indomitis. Ingressus aliqñ meretricis cellulam: cū erubesceret quidam ex
his qui cū eo erant adulescētibus: non inquit ingredi non posse turpe est. Cum a quo
dam sibi ppositum esset. Enigma & vt solueret ip̄ortune ab eo ipso qui pposuerat re
quiret: quid inquit: O stolide vis vt soluā: quod ēt inuolutum nobis negocia præbet.
Melius esse dicebat mendicum euadere q̄ imperitum. Illic. n. pecunijs: hic humanita
te indiget. Cum aliqñ conuitijs ageretur abibat: insectatore vero psequente ac dicen
te cur fugis: qm̄ inquit maledicendi tu potestatem habes: ego audiendi: indignanti cur
dam: ac dicenti: philosophos cerneret semper obsidere diuitum fores: & medici inquit
languentium ianuas frequentāt. Non tm̄ ideo quispiam ifirmari mallet q̄ mederi. Co
rinthum nauigabat aliqñ & cum tempestate iactaretur turbari caperat: in ea pertur
batione cuidam insultanti ac dicēti. Nos imperiti non metuimus: vos philosophi cur

trepidatis: non. n. inquit de eadem aut simili aia verisq; nostrū cura & metus in cūbit: glorianti cuidam quod multa didicisset: ait sicuti non hi qui plurima comedunt & exercent melius valent q̄ qui sumunt necessaria: ita non qui plurima: sed qui vtilia legērunt studiosi habendi sunt & eruditi: oratori qui causam p se dixerat & vicerat: sciscitāti quid te adiuvit Socrates: hoc inquit vt oratio quam pro me & de me habuisti: veta sit? Aretam filiam præclaris monitis instituebat docens esse nimietatis contēpticem.

Rogatus a quodam quonā melior euasurus esset filius: si erudiretur: & si nulla inquit alia in re certe: vel in theatro nō sedebit lapis super lapidem: cum sibi quidam commendasset filiū quingentas postulauit Dragmas: cui ille cum diceret tanti emere mancipium valeo. Eme inquit & habebis duo. Pecuniam se ab amicis accipere dicebat: non vt ipse vteretur: sed vt scient illi quas ad res pecunijs vti cōueniat. Probro illi semel obijcientibus cur in cā propria conduxerit rhetorem: atqui inquit & cocum dum cœnam facio conduco: cogente aliqñ Dionysio vt aliquid ex philosophia loqueret: ridiculum ait ē. si quidem me vt loquar interrogas & qñ loqui oporteat ipse me doces. Ad hæc indignatus Dionysius extremum oīum fecit accūbere. Sed ille illustrem inquit hunc locū fieri & apparere voluisti. Gloriabat̄ quidam: ac sibi aplaudebat de natādi pericia: ad quem ille non erubescis inquit in his quæ delphinis ppria sūt gloriari. Interrogatus quid differat sapiens ab insipiente: mitte ait ambos nudos ad incognitos & disces. Exultanti cuidam q̄ multum bibens non inebriaret: hoc inquit ēt mulus facit. Ad eum qui q̄ meretrici cohabitaret arguebat. Dic age inqt nunquid differat eā domum accipere quā multi aliqñ inhabitauerint: aut quā nemo? Negante illo quid inquit. Nū differre putas ea naui ferri in qua numeri sæpe nauigauerint: siue in qua nullus? Minime iquit ille: nū ergo inquit differt. vtri mulieri congregiare ei: quæ neq; multis fuerit exposita: an ei quæ nullis? Culpatus cur ex Socratis disciplina veniens pecuniā acciperet: & merito inquit. Nam Socrates cū sibi plariq; mitteret triticū & vinum: paucis in suos vsus reseruatis: remittebat reliqua: habuit quippe ille penuarios Atheniensium principes: Ego aut̄ Eutychidē Emptitiū seruum. Vtebat̄ & Laidæ meretrice: vt refert Sotion in secundo successionū libro qua ex re cū sugillaret a plurimis habere se Laidē: respondit non a Laide se haberi. Nā continere se a voluptatibus: neq; eis manus dare præclare esse: nō eaz sibi vsum interdicare. Exprobrantē sibi lautiores & deliciores cibos hac ratione compescuit: tu inquit ista tribus obolis non emerēs? Fatente illo: non tā igit inquit ego voluptati studeo q̄ tu auaritiæ: ostendebat ei simus Dionysij questor magnifice instructas ædes & pauimenta præciosa. Erat at̄ Phryx: tum ille sputa quam maxime potuit ei in faciem cōiecit. Indignante illo nō habui inquit oportunio rem locum. Charonidæ siue vt quidam volunt phædoni interroganti quisnam esset vnguentis delibitus: ego inquit infelix & me infelicior Persarum rex. Cæterum vide ne vt cæteræ animantes ppter ea nihil sui iuris amittunt: sic ne homo quidem. Mali vero male pereant Cynædi: qui vnguenta præciosa nobis exprobrant. Platone magnifici illū apparatus & præciosa suppellectilis insimulante. Num ait bonus tibi Dionysius videt: fatente illo: atqui viuūt inquit ille q̄ ego magnificentius. Nullo igit impedimento est ad bene viuendum lautior victus. Interrogatus quomō Socrates obisset diem: vtinam inqt sic ego. Intrauit ad illum aliqñ Sophista Polyzenus intuitusq; mulieres cōpositas & magnifice instructū conuiuium accusare luxū eiusmodi accipit. Continuit se ille mo dice: ac demū potes ne inquit hodie nobiscū esse? Et cum ille annuisset: cur ergo iquit

quæreris: nempe enim certum est te non delictiorem mensam accusare: sed sumptū.
 Gestabat eius famulis in itinere pecuniam: & cum premeretur onere effunde ait quod
 nimis est: & fer ea quæ prauales. testatur id Bion: cum aliquādo nauigaret didicissetq;
 nauem esse pyratricam: acceptum aux̃ numerabat: deinde quasi imprudēti & inuito la-
 psus e manibus iactauit in mare: ingemuitq; grauiter. Sunt qui illum & hæc dixisse
 memorent: melius est vt hæc ab Aristippo: q̃ Aristippus propter ista pereat. Interro-
 ganti Dionysio ad quid venisset: vt inquit quæ habeo impartiar: quæ nō habeo accipi-
 am. Alij sic cum respōdisse referūt: quando sapientia egebat Adij Socratem: nūc pecu-
 niarum egens ad te veni. Arguebat maxime homines q; in auctionibus quidē vasa in-
 spicerent: vitam vero nequicq; probarēt: hoc alij Diogenis fuisse volūt. Iussit aliquā-
 do Dionysius in conuiuio vt singuli in veste purpurea saltarent: id Plato renuit dicēs
 non posse induere scēminē vestem. Sumptā vero Aristippus se induit: & cum salta-
 re inciperet: proprie prompteq; dixit. Et inter bacchanalia pudicus non corrumpitur.
 Orabat aliquando pro amico dionysium: & cum repelleret ad pedes eius corruit: id
 factum cū argueret quispiam non ego inquit in culpa sum: sed dionysius: qui aures ha-
 bet in pedibus: morabatur in asia: & cū ab Artapherne satrapa fuisset cōprehēsus: in-
 terrogatus a quodā an ibi confideret: quasi vērō inqt. O stulte magis vnq; fidēs fuerim
 q̃ mō sum. Allocuturus Artaphernē eos q; liberalib9 imbuti disciplinis philosophiā
 neglexissent Penelopes aiebat procis esse simillimos: illos. n. & Melancho & Polydo-
 ram & ancillas alias cūcta; potius habere q̃ dominæ suæ nuptias sperare potuisse. Si-
 mile quiddā & aristoteli dixisse fert. Vlyxem quippe cū descēdisset in infernū mortuos fe-
 re vidisse oēs: allocutūq; eē. Reginā vero ipsam ne videre qdē potuisse. Aristippus ve-
 ro rogatus quā iuuenes oporteat discere: ea inqt q̃ viris vsui futura sūt. Exprobrāti
 cui dā cur a Socrate ad Dionysiu se cōtulisset: atqui inqt ad Socratem disciplinæ indi-
 gens profectus sum: ad Dionysiu aut pecuniæ egenus veni. Multas iā pecunias conse-
 cuto cū diceret Socrates: vnde tibi tam multa? Ille inqt vnde & tibi pauca. Di cēte si b-
 scorto ex te cōcipio. Nō inquit hoc magis nosti q̃ si per spinas dēlissimas pergens dice-
 rem posses ista me pupugit. Causante quodam cur filium quasi nō ex se natum proij-
 cerē. An vero inquit ignoramus & pituitam & pediculos ex nobis gigni: quæ tamē ve-
 lūt inutilia q̃ longissime proijcimus. Cum a Dionysio pecuniā ip̃e. Plato librum acce-
 pisset. Insimulātē se quodam ego inquit pecunijs indigeo. Plato libris: percōtanti cui9
 rei gratia se Dionysius argueret: eius ait cuius illū arguunt cæteri: postulabat pecuni-
 am a Dionysio: & ille dixisti inquit nō egere sapientem. Da inquit ille & postea de his
 quæramus: & cū dedisset: vides ne ait me non indigere. Dicente ad eum Dionysio qui
 enim ad Tyrānum proficiscitur illius est seruus quis liber fuerit. Non est inquit seru9
 si liber venit. hoc diocles fert de vita philosophorū libro. Alij Platonē id dixisse tradūt.
 Iratus eschini non multo post redibimus ait in gratiā: neq; delirare desistemus. Num
 expectabis quoad quippiā de nobis scurra loquat̃ ad Calicem? Et ille grato iquit aio.
 Memēto ergo ait Aristippus q; ad te cum maior essem natu prior accessi. Et aschines
 recte iquit per Iunonem dixisti: nam me multo pfecto melior es: ego. n. inimicitia;.
 Tu amicitia; princeps fuisti. Et ista quidē de illo referūtur. Fuerūt aut aristippi quattu-
 or. Primus iste de quo nobis sermo est. Secūdus qui archadia; historiā scripsit. Terti9
 qui q; a m̃e doctus eēt metrodidactos dictus est prioris nepos filia. s. fili9. Quartus
 ex noua Academia profectus. Huius autem Cyrenaici philosophi libri isti memoran-

tur tres historiae libycae libri ad Dionysium missi. Dialogi. xxv. Alij quide attica: alij vero dorica locutione scripti. Sunt autem hi artabazus ad naufragos: ad fugitiuos ad pauperem: ad laidem: ad porx: ad laidem: Itē de speculo Hermias: in somnium ad eū qui preerat poculo. Philomelus ad domesticos: ad increpātes cur vetustum vinū scor taq possideret. Ad vituperantes q magnifice instrueret mēsam. Epistola ad Aretē filiam: ad eū qui seipsum exercebat in olympia interrogatio: alia interrogatio chria ne cessitas ad Dionysium: alia de imagine: alia de Dionysij filia ad eum qui arbitrabatur se cōtemptui & ignominiaē haberi. ad eū qui consulere moliebatur. Pleriq; illum & diatribarum sex libros explicuisse asserunt. alij penitus scripsisse negāt: ex quibus est Socrates rhodius. Porro & Sotion in secūdo & panætius hāc illum scripsisse referūt vide licet de disciplina de virtute exhortatorius artabazus naufragij fugitiui diatribarū libri. vi. necessitatum libri tres ad Laidem: ad Porx: ad Socratem de fortuna. Finem vero declarauit lenem motum ad sensum emanātem. Age vero quoniam ipsius vitā descripsimus. Nūc eos qui ab illo fluxere Cyrenaicos suo ordine psequamur. Ex his alij quidem hegefiacos annicerios alij: alij Theodorus seipsos appellauere. Sed & illos nihilominus quia phedone manarūt: ex quibus Eretricos nobilissimos dixere. Sic autē illoꝝ seriem recenscamus: Aristippū audiuit aretæ filia & æthipos Ptolomæus & Cyrenæus antipater. Aretæ vero auditor fuit Aristippus metrodidactos cognominat⁹. eius vero Theodorus primo atheos. deinde Theos appellatus est. Antipatrum Epitimes Cyrenæus audiuit. eius parabates auditor fuit: parabatis Hegefias qui pisitha natos est dictus & amiceris: a quo Plato redemptus est. At. n. qui Aristippi instituta seruauere: & ab illo Cyrenaici sunt appellati hisce opinionibus vtuntur. Duas perturbationes ponunt dolorem & voluptatem: voluptatem lenem motum: dolorem vero asperum motum appellantes: nihil differre a voluptate voluntatem: neq; plus altera mulcere alteram: atq; illam quidem cunctas animātes: hunc adiscere: hunc aut aspernari. Voluptatem autē corporis intelligunt: quam & finē esse dicūt: vt etiam Panætius in libro de sectis tradit: nō eam quæ in statu sit: & doloris priuatione consistit: & veluti a turbatione omni quietem agit: quam suscepit Epicurus finemq; constituit. Videtur autem eius finis a beata vita differre: finem quippe esse particularem voluptatē beatam autē vitam siue fœlicitatem voluptatum particularium cōstare cōuentu: quibus & præterita cōnumerantur & futura. Particularem quoq; voluptatem propter se eligēdam: fœlicitatem vero nō propter seipsam: sed propter particulares voluptates expetendam. Testimonio nobis esse finem habēdam voluptatem: q; a pueris hanc nobis natura conciliauerit etiam absq; iudicio rationis: & cum illa fruimur: nihil ampli⁹ inquirimus q; q; nihil æque ad dolorem naturaliter fugimus: voluptatem præterea bonum esse etiam si a turpissimis proueniat reb⁹: vt ait Hippobotus in libro de sectis. Et si enim fœda sit actio: voluptatem tamen per se ipsam eligēdam esse bonumq; existimandam Porro illa doloris amotio quam tuetur Epicurus eis non videtur voluptas esse neq; priuatio voluptatis dolor: vtraque enim esse in motu constituta: cum non sit motus doloris voluptatisque priuatio. Quippe doloris illa vacatio veluti dormiētis status est: posse quosdam aiunt voluptatem minime appetere per animi peruerfionē non tamen omnes animi voluptates ac dolores in corporeis voluptatibus & doloribus fieri. Quippe qualibet simplici ex patriæ prosperitate siue priuata fœlicitate gaudium gigni: Immo ne ex memoria quidem seu expectatione bonoꝝ voluptatem perfici

ci dicunt quod placet Epicuro. Nam tempore motum animi effluere: ne solo quidem visu vel auditu voluptates constare posse: quando & eos qui lamentata imittantur: grate ac libenter audimus. veras autem lamentationes ingrate atque iniucunde. Porro priuationem huiusmodi aut uoluptatis aut doloris medios status appellabant. Lōge tamē esse prastantiores corporū quā animorū uoluptates: deterioresque corporis quā animi angores: quo circa & his peccantes magis cruciari. Durius quippe dolere: latari uero familiarius & gratius arbitrabantur. Quo circa & maior illis erat corporis cura quam animi. Vnde cum inde quodue constet eligendam uoluptatem: pleraque tamen quæ sunt efficientia quarundam uoluptatum: cū sint molesta sæpe aduersari: ut difficillima eis uideatur uoluptatum cōgeries: quæ beatā uitā efficere non possit. placet autē eis neque sapientē semper in uoluptate viuere: neque rursus insipientē semper in dolore: verū maiore ex parte sic utrunque affici. Satis autem esse si quis vel per vnā incidentē uoluptatē suauiter afficiatur: prudentiā quidē bonū esse asserunt: non autem propter se ipsam appetendā: sed eorū gratia que nobis ex illa proueniunt amicū necessitatis causa amplectēdum. Nā & corporis partes quæ diu adsunt ad amari virtutes quasdam virtutis & cōes esse corporis exercitationē conferre ad uirtutē capeffendam. sapientē nunquā inuidia tentandum: neque cupiditati: neque superstitioni nunquā cesserū. Ista enī ex inani opinione cōtingere: morē u tamē & dolore pulsandū. Id quippe naturaliter fieri: diuitias præterea uoluptates efficere. neque per se appetendas perturbationes itē cōprehendi posse dicebāt. nō autē ēt ex quibus fiunt. Naturaliū rerū inquisitionem omittēbant quæ cōprehendi non posse manifeste colligerent. Logice propter summū eius vltimū attingebāt. Enim uero me legri finis est in secundo de opinionibus & Clitomachi in primo de sectis eos & philosophicā & dialecticā æque aspernari. posse. n. & apte dicere. ac extra superstitionē esse. mortisque metū effugere. qui rationē bonorū malorūque didicerit. Nihilque natura iustum ē aut honestū vel turpe. sed consuetudine ac lege. Vir tamē bonus nihil agit nequiter ob imminētia dāna. opinionēque infauistas euitandas. esse autem sapientē propositū eis ad pfectum quod vel in philosophia vel in cæteris bonis & honestatis artibus non satis puenerūt. Aut & dolore affici aliū alio magis: sensusque non semper vera renunciare. Verum enim hi quod dicuntur hegesiaci eandē sane de uoluptate ac dolore seruare sententiā: præterea neque grām esse aliquid: neque beneficentia: quod ista nō per se ipsa appetamus: sed usus ac necessitatis grā: ac propter eos qui si sint: illa nec subsistere quodē: esse autem impossibile accumulare contingere beatam uitam Corp⁹ quippe morbis multis passionibusque oblderī: aīam uero corpori cōpati & vna turbari. complura item quæ speremus a fortuna impediri: propter ista igitur atque huiusmodi beatam uitam nō posse sustinere. Vitā præter ea ac mortem eligendā: natura item suaue atque insuaue nihil opinabant: cæterę propter reę vel raritatē vel nouitatem vel facietatē latari alios: alios angere: diuitias vel paupertatē nihil ad uoluptatis valere rōnem: neque. n. aliter ea uoluptate diuites quā pauperes affici: Seruitutē atque atque libertatē nobilitatem atque ignobilitatē gloriam vel ignominia nihil differre ad uoluptatis modū: atque insipienti quidē expedire si uiuat. Id uero sapienti indifferens esse: Sapientē sui ipsius grā cuncti facturę. Alium quippe neminē atque ac se dignū arbitrari: quā libet. n. ingentia videat ab eo consecutus: non tñ eorū quæ ipse præstituerit merita æquare. Tollebāt & sensus: ut quod certam non inferēt motionē qui irrationabiliter agere cūcti uiderent: eorū peccata veniam dicebant. pmereri: neque. n. sponte peccare. sed aliqua perturbatione coactos. Nō odio quemque habere: sed potius eruditurę. Sapientē nō adeo i bonorū electionē inhasurę: ut i malorū uiga finē cōstituēdo: ut neque in

labore: neq; in dolore viuatur. Id quippe illis esse partum qui circa efficientia voluptatum neutram in partē inclinationes sunt. Porro anniceni in ceteris ab istis non dissentiant. Relinquūt autem amicitiam in vita: & gratiā: honoremq; aduersus parentes & pro patria præclarū aliquid facinus. Quocirca quāuis molestias sapiēs ac negocia subeat. nihilominus beate victurū & si minimū voluptatis illi suppetierit. Amiciq; felicitatē non per se appetendam: neq; enim proximi patere sensui: neq; enim satis esse in actionem momenti: vt confidere possimus: & multorū opinione celsiores euadere oportere: denuo bene cōfuescere propter inolitā & insitam nobis affectionē viciōsam: amicum non propter vsum: ac necessitatē solūmodo suscipiēdum: quæ profecto si definit nō erit ille aduersandus: verū etiam ppter insitam beniuolētiam: cuius gratia dolores quoq; esse subeūdōs: quīs. n. finem in voluptate constituāt: angāturq; si illa priuari cōtingat: spōte tñ sustinēdos dolores volūt p sumo in amicū studio affectuq; singulari.

¶ Theodori.

Viaut Theodori sunt appellati a Theodoro quē prædiximus traxere cognomen: eiusq; decretis vsi sunt. Porro Theodorus ipse oēs de dijs opiniones sustulit. Deniq; librū ipsius de dijs inscriptū offendimus nō contēnendū: ex quo & Epicurū complura sumpsisse asserūt. Audiuit aut anniceridem Dionysiumq; dialecticū: vt ait Antisthenes in philosophorū successionibus. Finē opinatus est gaudiū & mœrorē. Alterq; cōstare prudētia: alterq; vero imprudētia: bona eē prudētia atq; iusticiam: mala vero cōtrarios habitus: media voluptatē & dolorē. Sustulit & amicitia q; ea neq; insipientibus adlit: neq; sapientibus: i illis. n. sublato vsu amicitia quoq; euanesceat. Sapientes vero cum sibi ipsis sufficiāt amicis nō indigere: pbabile dicebat prudētem virū nō se ipsum p patria periculis exponere: neq; n. pro insipientium cōmodis amittēdam esse prudētiam: esseq; patriam mūdum: furto quoq; & adulterio & sacrilegio cū tempestiuū erit daturū munus sapientem. Nihil quippe horū turpe natura esse: sed auferat de hisce vulgaris opinio: quæ & stultorū imperitorūq; plebecula conflata ē: sapientem publicæ absq; vilo deprehensionis rubore scortis congressurū. Agebatq; istiusmodi argutijs: nōne mulier litteris instructa utilis erit: quia litterata est: assentiebat: & puer item & adolescēs utilis erit: quia litteraturā callet: Ita sane. & mulier igit utilis est quia pulchra erit. Et puer & adolescēs utilis profecto erit qā formosus est. Concedebat. Et puer igit & adolescēs pulcher & ad hoc erit pfecto utilis ad quod formosus natus ē. Assentiebat: est autem utilis vt ei congregiamur. Quibus cōcessis inferebat. Siq; ita vtaf eiusmodi congressione: quādo id vtile est nō peccabit. Neq; igitur si vtaf pulchritudine dum id vtile est peccat. His igit atq; huiusmodi interrogatiūculis auditores capiebat. Videat autem iccirco appellatus deus: q; cum illū stilpo percōtatus eēt: putas ne theodore te id esse quod diceris: atq; ille fateret. Deus ergo inquit es: id cū ille grate accepisset. Subridens ait atqui. O fatue ea rōne & cornicē te esse fatereris. & alia huiusmodi innumera. Cū assideret aliquādo Theodorus Euryclidi hierophātæ. Dic mihi ait Euriclides qui nam sunt qui circa mysteria impij sunt: cum respondisset ille: eos eiusce criminis reos teneri: qui ea nec dum initiatis aperirent: & tu ergo inquit impius es: qui ista nō dum initiatis pandis. Parum aut abfuit: quin periclitaretur ille abduci in aurium pagum nisi eum Demetrius phalereus eruisset. Ambicrates vero in libro de viris illustribus ait illum dānatū venenūq; bibisse. Cū vero apud Ptolemæū lagī filiū moraretur. Legatus aliquādo ad Lyfimachū ab illo missus ē: magna vero fiducia vtēti ait Lyfimachus: Dic mihi Theodore nō ne tu athenis excidisti: Et ille inquit. Nam

ne atheniensium Ciuitas ferre non valens: non secus ac semele Dionysium expulit: rur-
sus dicēti Lyfimacho. Caue ne vltius ad nos proficiscare: non inquit reuertar nisi me
mittat Ptolæmeus: aderat mythrus lyfimachi dispensator: is cum diceret videris non
solum deos vix & reges ignorare: quo pacto illos ignoro: quandoquidem te dijs ini-
micum puto: fertur cum aliquando corinthum uenisset: magna discipulorū turba co-
mitatus: & metrocles cinicus scandicas siluestre olus ablucens ei diceret: at O Sophi-
sta nequaquā multis discipulis egere si olera dilueres: dixisse & tu si cum hominibus con-
uersari didicisses: profecto istis oleribus non vterere. Simile quiddam: vt suo loco dixi-
mus de Diogene & aristippo memoratur: huiusmodi Theodori fuisse vitā: ac doctri-
nam comperimus. Demū vero Cyrenem profectus apud Mariū cum grandi hono-
re diutius vixit: vbi cum primū eiceretur: non illepidum quiddā pīxissē fertur. Male in-
quit facitis viri Cyrenaici: qui me ex lybia in grēciā exulem agitis. Fuerūt autem Theo-
dori. xx. Primus Samius Rhœci filius qui cōsuluit Carbones fundamentis Ephesini
templi subijci. Nam cū humidus esset locus carbones ait omīssa ligni natura solidita-
tem accepissē humori inuiolabilem. Secūdus Cyrenaic⁹ geometra: cuius & Plato au-
ditor fuit. Tertius hic ipse philosophus. Quartus cuius fert⁹ libellus de vocis exercita-
tiōe. Quintus q de legislatoribus scripsit: a Terpadro initiū sumēs. Sextus Stoicus.
Septimus qui Romanas res cōscripsit. Octau⁹ Syracusanus q de re militari scripsit:
Nonus Bizati⁹ in causis ciuilibus clarus. Decim⁹ similiter cuius & Aristoteles i ora-
tor⁹ epitonie mentionē facit. Vndecimus Thebanus sculptor. Duodecimus pictor:
cuius & Polemō meminit. Tertius decimus atheniēsis pictor de quo Menodotus scri-
bit. Quartus decimus Ephesi⁹ pictor cuius Theophanes in libro de pictura memi-
nit. Quintus decimus epigramatum poeta. Sextus decimus diu de poetis scripsit. Se-
ptimus decimus medicus athenei discipulus. Octauus decimus Chius philosophus
Stoicus. Nonus decim⁹ Milesius & ipse philosophus Stoicus. Viceſimus tragadia-
rum scriptor.

☉ Phædon.

Phædon elienſis nobili ex familia cū patria vna cōpræhensus coactus est intra
p cellulā infamē se quæstui addicere. Adiecto tñ ostiolo Socratis Contubernio
magistroq; fruebat⁹ quoad ipsum alcybiades seu Crito Socrate monēte redi-
meret: ex eo iā liberaliter philosophabatur: hūc Hieronym⁹ in libro de assensu retinē-
do seruū fuisse asseuerat. Scripsit aut dialogos de qbus nihil dubitabat. Zopyx & Si-
monem: De nitia cōtrouerſia est. Medū quē æschinis esse plariq; tradūt: alij vero poly-
menit: antimachū siue senes & de hoc ambigūt: Scyticos sermones etiā qdam æschinis
esse asseuerāt. Successor aut eius fuit Plistanus elienſis: & ab eo tertius menedam⁹ he-
reticus: Aselepiadesq; Philiſius a Stilpone diriuātes atq; ad hos vsq; eliaci sunt appel-
lati: a menedamo aut eretriaci de quo postea dicemus: iccirco q & ipse sectæ princeps:
atq; auctor fuerit.

☉ Euclides.

Euclides megaris oppido: quod Isthmo adiacet siue iuxta quosdam gelous:
e vt in ſucceſſionibus tradit alexander: parmenidis librorū imprimis studio-
sus fuit: ab eo megarici denominati sunt: qui postea eristici postremo diale-
ctici dicti sunt scilicet quos ita prius Dionysius Cartaginensis iccirco appellauit: q
interrogando ac respondendo sermones: librosque componerent. ad hunc ait Hermo-
dorus post Socratis mortem venisse Platonem: ac philosophos reliquos metu atro-
citatis tyrannor⁹ compulſos: hic bonū esse vnum definiuit multis nominibus celebre
aliquādo. n. hoc dici prudentiā: quandoq; deū: alias mentem appellari: & huiusmodi

cætera. Quæ bono aduersa viderentur sustulit: ea ne esse quidem dicens: utebaturq; p-
bationibus: non his quæ per assumptiones sed quæ per cõclusiones fiunt. Disputatio-
nẽ item quæ fit per similitudinẽ sustulit: dicẽs illã sane aut ex similibus cõsistere aut ex
dissimilibus: & si ex similibus consistit: circa ipsa potius q̃ quibus sũt similia versari ro-
rationem debere. Sin autem ex dissimilibus superuacaneam esse comparationem: ic-
circo igitur & timon illum vna cum cæteris Socraticis mordet nullius sibi horum cu-
ram esse dicens non phædonis: non alterius cuiuspiam: neq; Euclidis qui megarẽsibus
contentionis rabiẽ inuexit. Dialogos autem conscripsit sex lampriam: aschinẽ: phœ-
nicẽ: chritonẽ: alcybiadem: amatorium. Porro ex Euclidis successione est & eubu-
lides milesius: qui & plurimos in dialectica modos: rationesq; interrogandi tradidit
mentientem. f. & dilectescẽtem & electram & inuolutũ & soritem & corneam caluũ
& istum non defuit ex comicis qui carperet.

Eubulides contumeliosus corneam

Interrogans falsis inanibus verbis.

Inter & rhetores recessit hic versans:

Demosthenis rhoiustomilithram habens:

Videtur Demosthenes hunc audiuisse: & cum. p. litteram pronũciare vix posset emẽ-
dasse iugi exercitatio. Neq; item obscurum ẽ eubulidẽ aduersus Aristotelem inimi-
co animo fuisse: eumq; in plurimis reprahendisse: inter cæteros vero qui ex eubulidis
ludo manauerãt. Alexinus cliensis fuit vir acer & cõtentionis viribus ac neruis clarus:
vnde & elẽxinus cognominatus est: maxime autẽ zenoni infestus erat. Hunc ait Her-
mippus ex elide in olympum profectũ ubiq; philosophatum. Discipulis autẽ roganti-
bus cur illic moraret dixisse: velle sectam instituere: quã olympiacam vocatum iri. Il-
los vero cum rerũ omnium penuaria: & præterea insalubri loco affligerentur ab eo re-
cessisse: iamq; alexinũ solum ac desertum vno tantum famulo comite ibi remoratum:
postea dum nataret in alpheo flumine arundis acumine punctum vita excessisse. & ẽ
in ipsum nostrum epigrãma ita se habens.

Non erat igitur inanis illa fabula.

Miser pedem quidam natans q; transfixit.

Clauo grauis. n. vir anaalpheum

Fixus calamo obiit alexinus transiens

Scripsit non solum aduersum zenonẽ verum & alios cõplures libros & ad ephorũ hi-
storicũ. Ex eubulidis disciplina & euphãtus fuit olympius qui temporis sui cõscripsit
historiam. Scripsit: & tragœdias plurimas quibus in certaminibus maxime probatũ
fuit: & præceptor Antigoni regis ad quem etiam librũ de regno scripsit perutilem at-
q; laudatissimum: vitam vero senectute finiuit: fuerunt & alij cõplures auditores eu-
bulidis: inter quos & appollonius cronus & diodorus: amenij filius iaseus & ipse co-
gnominatus: cronus de quo & callimachus in epigrãmatibus in hunc sensum loquitur:
Ipse hic parietes ita inscribat: Cronus est sapiens: erat & iste dialecticus: primusq; in-
uenisse a quibusdam existimatus est inuolutũ & corneum differendi genus. Hic apud
Ptolomeũ Soterem cõmorans cum a stilpone sermones quosdam dialecticos iterro-
gatus ex templo nequiuisset exoluere: a rege increpitus cornusq; in iurgio vocatus con-
uiuium deseruit: egressusq; librum de ea propositione conscripsit: vitãq; in cœtore fini-
uit. est in ipsum nostrum epigrãma in hunc modum.

Crone diodore quis dolore dæmonum.

Te corripuit in tartarum vt te eieceris.

Stilponis haud soluens enigmaticos versus:

Cornus es repertus extra. p. & k. certe.

Fluxit & ab Euclide Ichthys metalli filius vir illustris: ad quē Diogenes Cynicus dialogum scripsit. Climachus item thurius qui primus de proloquijs & prädicamentis & ceteris huiusmodi scripsit: & Stilpo megarenſis clariffimus philoſophus de quo nūc dicendum eſt.

¶ Stilpo megarenſis.

Stilpo megarenſis eius oppidi quod in græcia ē: audiuit quosdam ex Euclidis familia. Alij ipſius Euclidis auditorem tradunt. Traſimachi etiam Corinthij illius qui ichthyæ familiaris erat: vt ait Heraclides. In tantum vero & inuentione & eloquētia & ſapientia præceſſit alios: vt parum abſuerit quin ois græcia in illū mētra in Megara trāſſiſſe diceret. De eo Philippus megaricus ita ferme rettulit a Theophrasto quidē metrodorus illum ſpeculationis ſtudioſum & timagoram geloū auulſit. Ab Ariſtotele autem Cyrenaico clitarchum & ſimmiām. Porro a dialecticis pæoniam quidē ab Ariſtida. Diphilum autem Boſporianum euphanti & mynecem ex æneti filium. qui ad ſe arguendum venerāt vtroſq; ſui ſtudioſos habuit. Præter hos itaq; phraſidemū peripateticum phyſicumq; peritiſſimum ad ſe adtraxit: alcimūq; oratorem omnium qui in græcia tum florebant in arte oratoria eminētiſſimum. Cratem qui inſuper & complures alios in ſua rētia induxit: phœnicemq; Zenonē in ſuum adiutorium ſubductum alijs cum ceteris admittit. Erat præterea maxime ciuiliſ: ac præter vxorem quam duxerat: nicarete etiam pellice utebatur. vt honetor ait filiamq; parum pudicam genuit: quam duxit Simmias Syracuſanus neceſſarius ſuus. Hæc dū laſciuius viueret. Stilponiq; a quodam renūciatum eſſet eam ſibi probro eſſe: non inquit iſta maiori mihi probro eſt: q̄ ego illi ornamento: ſuſcepit hūc honorifice vt aiūt: & Ptolemæus Soter cū megara ipſius urbem victor obtinuiffet: ac tradita ſibi pecunia oraret: vt in ægyptum ſecū nauigaret. Tum ille pecuniæ modicum ſuſcepit eā profectionem renuēs in æginā contendit: quoad ille remearet. Demetrius quoq; antigonis filius: cū capiffet megara domum illi reſeruari cunctāq; direptam ſubſtātiā reſtitui curauit. Vbi cum ea quæ amiſerat vt in ſcriptis ſibi traderet moneret: nihil ille ſuum ſe perdidiffe reſpondit: quippe doctrinam & eruditionē ſibi ademiffe neminem: reliquāq; ſibi eſſe & eloquentiam & diſciplinam: atq; illum erga mortales beneficentiæ admonuit tanta orationis vi: vt rex illius iam ſtudioſus proſus auditor fieret. Aiunt illū ita quēdam de phidix minerua compellafſe. Num inquit minerua Iouis filia deus eſt: cū vero annuiſſet ille dixiſſet: at iſta non iouis ſed phidix eſt concedebat. Nō ergo inquit ipſa dea eſt. Qua ex re cum in auriūpagum pertractus fuiſſet: nihil inſiciatū reſerunt: imo recte ſe locutū aſſeruiſſe. Nō. n. deum eſſe: ſed deā: deos quippe mares eſſe. Areo pagitas tamen nihilo placatiores factos iuſſiſſe cōtinuo ipſum urbem excedere: quo etiā tpe Theodori cognomento deum iurgio dixiſſe: Vnde hoc nouerat Stilpo: Nūc amota palla ipſius inſpexerat: erat iſte proſecto audaciſſimus: verū Stilpo vir cōpoſitiſſimus & maxime ſacetus. Deniq; cū rogaffet illū crates an dij precationibus: ac diuinis honoribus gaudeāt. Noli me inquit o fatue in via de hiſce rogare ſed ſolum rogare: ac ſeorſum: hoc ipſum & Bionem interrogatū an ſint dij dixiſſe tradunt: ne turbam a me auertas execrabilis ſenex: Fuit Stilponi ingenium ſimplex: neq; vlla ſimulatione ſucatum ita: vt imperite quoq; cōcioni ſe accōmodare nullo negotio poſſet Crate denique Cynico ſemel ad id quod fuerat interrogatus nō reſpondēte: ſed crepitū ventris emittē-

re: sciebam inquit te oia potius q̄ quę deceret locuturum. Caricam illi aliquando inter
rogatiūculamq; proposuerat. Eam vero ille statim comedit: & cum diceret illi Stilpo
hercules caricam perdidit: non solum inquit caricam: sed & interrogatiūculam: cuius
hęc ara fuit. Rursus cum vidisset hyemecratē adustum: o crates iquit videris mihi no
uo indigere pallio veste. f. & animo: ad hanc eius vocem rubore suffusum ita in illū lu
fisse cratem. At qui ego Stilponem megaris vidi grauiter angī. Vbi tiphœi veteres di
xere cubile: Hic ille se iuuenum magna glomerante corona. Litibus intentus virtutis
tradidit vimbram. Fertur Athenis hoīum ita in se studia vertisse: vt ex officinis ad eum
confluerent visendū. Vbi cum sibi quidā diceret: admirantur te o Stilpo veluti beluā:
minime inquit ille: sed velut hoīem vex. Cateę cum esset disputator acerrimus spect
es quoq; tollebat: dicebatq; qui hoīem diceret neminem esse: neq; enim hunc: aut hūc
dicere. Quid enim hunc magisq; hunc? non igitur hūc: rursusq; olus quod ostenditur
nō est: olus. n. ante mille annos fuit: non est igitur hoc olus. Fertur cū crati colloquere
tur interloquēdum festinasse pisces emere: cū eum ille retinere vellet ac dicere sermonē
relinquis: minime inquit: sed sermonē habeo: & te derelinquo: Sermo quippe manet:
piscis aut venūdabitur nisi festinauero: ferūtur ipsius dialogi nouē non satis gratiā ha
bentes. Moscus Aristippus siue callias: Ptolemæus Cherecrates: Metrocles anaxime
nes Epigenes ad filiam suā: Aristoteles: huius auditorem fuisse Zenonē Stoicorū pri
cipem Heraclides refert. Senem vero defecisse Hermippus testis ē. Hausto prius me
ro vt citius moreretur: reprobatus est a Sophilo comico in comœdia quę inscribitur
gamos: est aut in hunc Stilponem megarēsē nostrum epigrāma.

Cognoscis aut forsitā senectutem.

Postea iugum sustulit in expugnabile

Morbis: sed vinum inuenit mali currus

Magis bonum aurigam potus. n. agitauit:

¶ Crito atheniensis.

Rito Atheniēsis vnus oīum maxime eximio quodā amore Socrati affectus
est atq; eius ita curam egit: vt nunq̄ aliquid ex his quę sunt ad vsum necessaria
sibi deesse pateretur: ipsius quoq; liberi Socratis auditores fuere Critobolus
Hermogenes Ctesipp⁹ Epigenes. Crito igitur dialogos decem & septem scripsit qui
vno continētur codice ita inscriptos nō bonos fieri discēdo: quid sit plus habere. Quid
sit idoneū siue ciuile: de honesto: de deo. Quid sit malefacere de fertilitate: de lege: de
arte: de congressu: de sapientia: protagoras: siue ciuilis de litteris: de poetica: de hone
sto: de discēdo: de sciēdo siue de sciētia Quid sit scire.

¶ Simon atheniensis.

Imon atheniēsis coriarius. quotiēs ad eius officinam perrexisset Socrates at
q; differeret oia quę meminisse poterat notabat. Vnde & ipsius dialogos scy
ticos appellant q̄ inter huiusmodi opifices sint habiti. Sunt aut numero trigi
ta tres qui vno itidem codice comprehenduntur: de dijs: de bono: de honesto quid sit
pulchrū: & honestum: de iusto duo: de virtute q̄ doceri non possit: de fortitudine siue
virilitate tres: de lege: de popularitate: de honore: de poesi: de bona possessiōe: de amo
re: de philosophia: de sciētia: de musica: de poesi: quid sit pulchrū: de disciplina: de dis
serēdo: de iudicio: de eo quod est: de numero: de diligētia: de operādo: de auaro: de ia
stantia: de honesto. alij autē de consulēdo: de ratione: siue de aptitudine: de malificen
tia. Fertur hic primus oīum Socraticos sermones disseruisse. Cum autē pericles polli

ceretur si ad se pergeret: cuncta illi se necessaria exhibitur: fidutiam inquit vendere con-
filiij non fuerit: fuit & alius. Simon qui scripsit artem rhetoricam: alius item medicus
Seleuci & Vicanoris necessarius: atq; alius quidam sculptor.

¶ Glaucon atheniensis.

g Laucon atheniensis nouem itidem in codice vno scripsit dialogos phedylum:
Euripidem: amyntichum: euthiam. lyfithedem: aristophanem Cephalum:
anaxiphenum: menexenum. Feruntur eius & alij triginta duo. sed sui nō sūt.

¶ Simmias Thebanus.

f Immias thebanus fuit: & huius ferunt dialogi. xxij. vno codice inclusi: de sa-
pientia: de ratiocinatiōe: de musica: de versibus. de fortitudine: de philosophia
de varietate: de litteris: de doctrina: de arte: de regimine: de decoro: quid eligē-
dum: quid ve fugiendum sit: de amico: de scientia: de anima: de beneuiucendo: de possi-
bili: de pecunijs: de vita quid sit honestum: de diligentia: de amore.

¶ Cebes Thebanus.

c Ebes & ipse Thebanus scripsit dialogos tris qui inscribuntur pinax. Septima:
phrynica. ¶ Menedæmus.

m Enedæmus phenodis ex ludo Clisthenisq; ex familia Theopropidæ filius fu-
it viri sane nobilis. sed Architecti ac pauperis. Alij tabernaculoꝝ sutorem fuis-
se tradunt. & vtraq; didicisse menedæmum. Quo circa cum decretum quod-
dam reprahensum ab alexinio quodam quod scilicet non conueniret sapienti. neq; ta-
bernaculum. neq; decretum scribere. Missus autem ab Eretrienfibus in megara præs-
idio futurus cōtendit ad Platonem in academiā inq; illius retia non inuitus incidit de-
seruitq; militiam. Cæterū asclipiade phaliasio ad se illum pertrahente megaris apud
Stilponē fuit. eiusq; ambo auditores fuere: inde nauigantes Eliedem anchypilo & mo-
scho phædonis discipulis congressi sunt atq; hactenus vt supra cū de Phedone loque-
remur dictum est: heliaci appellabant. Postmodum vero ab eius patria de quo nunc
sermo est ereatrici vocati sunt: Constat menedæmum honestate: ac grauitate fu-
isse ce-
lebrem: qua ex re cratem quoq; sic in illum iocatum: phaliasiumq; asclipiadem taurūq;
eretrium. Timon item elato supercilio cū ducturus assurgeret fuisse illū notat. A deo
autē ea grauitate insignis fuit: vt cum eurylochus castanareus ab antigono accersiret
vna cū cleppide cizicēo adulescēte abnuerit: metuere. n. ne id menedæmus persentiat.
Erat. n. summa & in obiurgando grauitatis: atq; precipuæ auctoritatis. Deniq; cum
adolescēs in illum motu temerario ferretur: dixit quidem nihil: cæterę sumpta festuca
pingebat in pauimēto traieci figuram: dum interim spectātibus oibus adulescens in
signi contumelia notari se intelligens abcessit. Hierocles in piræo sub amph' arao illū
obtrundeat: & cum plurima de eretria loqueret excidio: n. hil aliud locutus ē: sed so-
lummō rogauit ad quid eū Antigonus traiecit. Audacter exulāti adultero ignoras in-
quit non mō brasicæ succum in se iucundum: sed & raphano: clamanti adulescētulo
& vociferāti vide inquit an aliqd retro dum nescis habes. Consultāti antigono an luxu-
riosum adiret conuiuū: hoc illi solum renūciari iussit. Memento regis te esse filium fa-
tuo quodā sibi minime necessariū dicēte interrogauit an villā haberet: & cū ille multa
se habere prædia dixisset: perge inquit & illoꝝ curam gere: ne & ille negligēter curādo
perdere cōtingat: & amittere simplicē vi banitatem Scisitati cuidā an uxor esset ducē-
da sapienti: nū ego inquit tibi sapiēs videor: Et cū annuisset ille: at ego ait duxi. Dicen-
te quodā complura esse bona: percōtari illoꝝ numeꝝ pergit & an putet plura esse q̄ cē-
tum. Saepius dolebat q̄ luxuriosa cōuiuia: magnificūq; apparatus nequiret afferre: vo-

catus vero semel ad cenam intuensq; lautissimis cibis diuitem mensam nihil locutus est: sed tacitus eā luxuriā coarguit dū solas oleas in cibū sumpsit: huius deniq; seueritatis cā pagē absuit quin in Cypro apud Nicareontē periclitaretur cum Asclepiade socio: nā cum eos rex ad mēstruam celebritatē euocasset: sicut & philosophos ceteros: Menedæmū dixisse ferūt. Siq; dem honesta ē huiusmōi viroz cōgregatio: quotidie sūt festa celebrāda: sin alias supflue quoq; mō celebrat. Ad hāc tyrān⁹ cū ita occurrisset: hanc diē habere se celebrē vt negocijs omissis philosophis cōgredi liceret: ille Seuerius adhuc in snia perstitit: ostēdens ex sacrificio oportere omne tps: philosophos audire. Quid plura nisi a tibicine admoniti: ac melo musico cōuēti fuissent: forsitā perissent. Vnde cū in nauī iactaretur fluctibus Asclepiadē dixisse ferūt. Tibicinis peritā modulationē se ipsos seruasse. Menædemū vero cōfidentia pdidisse. Erat autē vt fert & simplici in docēdo apparatu: neq; in schola vllū circa illū vt fieri solet ordinē vidissēs. Nō sub sellia erāt per gygē disposita: non aliud quippiā: sed vt singulis aut sedere: aut stare: aut ambulare libitū erat in eū continuo trālibat habitū. Alias tñ gloriā auidū ignominia q; notari metuētem fuisse tradūt. A deo vt cū prius architecto suam ipse atq; asclepiades nauaret operā: & ille sup tecta lutū ferre cerneret nudus: is si quem aspiceret pretereūtem occultaret. Postea vero quā ad remp. accessit: ita erat anxius atq; sollicitus: vt cum aliquñ thura poneret: extra turribulū miserit. Circūsteterat illum crates aliquñ: q; ciuilia negocia subisset probro illi dabat: Tū ille quibusdā praecepit: vt ductū carceri includerēt. Ille nihilominus praetereuntē obseruabat: respiciēs q; agamēnoniū & hegesipolim vocabat: erat autē clam: & in supstitutionē pronior. Deniq; māducauerat aliquando per ignoratiā in taberna meritoria piectas carnes cū asclepiade: id cū animaduertisset nausea palloribusq; turbabatur: donec illū asclepiades seuerius obiurgās non carnes diceret eiusce mutatiōis causam eē: sed praeumptā de illis fatuā opinionē alias magnanimus fuit vir & plane liberalis. Corporis in eo iā senis habitus & status durabat q; erat in iuuenē: athletę instar firmus validus atq; adustus. Spēs ei pinguis & attrita fuit mediocrisq; proceritas: vt ex ea cōstat imagine quā cretriā in veteri stadio hacten⁹ cernitur. Est. n. veluti ex industria ita sculpta vt cunctā fere nuditatem corporis praeferat. Erat preterea in suscipiēdis amicis omni officio deditus: & q; pagē salubris erat cretria cōiuiua saepe inter poetas musicoq; celebrabat: Amabat aratū & Lycophoenē Tragicum poetā: Antagorāq; Rhodiū: sed maxime oīum studebat Homero. Deinde etiā Lyricis: deinceps Sophocli: atq; achæo iter Satyros veluti secūdas partes: aschilo autē primas semper dabat. Vnde & aduersus eos qui cōtra in rep. sentirēt: ita ferebat: capitur ergo & ab infirmis celer: aquilāq; breui testudo vincit. Hæc autē achæi sunt ex omphale Satyrica: peccāt igitur q; illū nihil præter Euripidis medeā legisse dicūt: quā inter ficyonij neophronis poemata legūt. Magistros Platonē & xenocratē: ptereaq; parabatē cyrenaicū aspernabat. Stilponē solum admirabat: de quo dū aliquñ interrogaret nihil aliud dixit nisi liberalis est: erat illi ingeniū variū & callidum atq; in cōponēdo ita orationē accōmodabat: vt neq; quo vellet emergere pspiceret: atq; ideo illi difficile occurreretur. Versabat oīa infinitaq; orōnis copiā fundebat: Accerrimus itē in contentionibus erat: vt in successiōibus tradit antisthenes: atq; huiusmōi rogatiūculis cōpellare solebat. Alterq; quam alterq; est alterq; ita sane alterq; est aut pdesse: q; bonum: concedebatur: nō igitur pdesse bonum est. Tollebat & ploquia negātia: affirmantia vero ponebat simplicia. Ex his maxime pbans quæ simplicia nō sunt: auferebat ea & cōiuncta & complexa dicēs. Scribit Heraclides decretis quidem eū fuisse Platonicum: dialecticem autē eum fuisse aspernatum Deniq; sciscitāti se alexino an adhuc patrē cadere

desisset. atq; illum dixisse: neq; cadi: neq; desij: addente illo oportere ambiguitatem solu-
 ui: ita vel non dicēdo: ridiculum inq; est vestras leges sequi cum liceat ī portis relucta-
 ri & cōtra ascendere. Cū Bion diu vos studiose ac diligenter insectaretur. mortuos illū
 iugulare dixit. Alio rursus dicente maximū esse bonum oībus quæ quisq; cupiat frui:
 multo inquit maius est ea solum quæ deceat cupere: Refert antigonus carystius cū ni-
 hil scripsisse neq; cōposuisse: ita ne dogma quodlibet asserere. Porro in quæstionib; in-
 quit ita pugna erat: vt nō prius discederet: q̄ ī eius oculis ardētis spiritus indicia depre-
 henderentur. Verū. n. cum in verbis esset huiusmodi factis: tñ erat placidissimus. De-
 niq; cū alexino plurimū illuderet & obiurgaret grauiter: fouit tñ illum beneficijs. Nā
 ip̄ius coniugē ex delphis calcidē vsq; deduxit itineris furta latrociniaq; metuentē: ami-
 cicias pie sancteq; tuebat: vt ex ea quæ illi cū asclepiade fuit coniunctione constat: quæ
 p̄fecto adeo insignis erat: vt nihil a pyladis distraret beniuolētia. Verum maior natu-
 erat asclepiades ita vt poeta ipse: menedemus histrio diceret. Fertur archepolis tria mi-
 lia illis designasse: & cū orta esset amica contentio quis secūdo loco acciperet: neutrū
 accepisse. Vxores quoq; ambos duxisse fama ē menedemum matrē: Asclepiadem fi-
 liam: & cū defuncta esset vxor asclepiadis: menedemi capisse cōiugem: illumq; qđ rei
 pu. præfesset aliam duxisse nobile & locupletem: nihilominus qm̄ cōmunis eis erat do-
 mus rei familiaris administrationē priori vxori permisisse: Igit̄ asclepiades ante illum
 vita excessit eretria iā longæuus: cum vna diu memorabili beniuolētiæ suauitate vixis-
 sent: Fert̄ post aliquantum tēporis cum asclepiadis amasius ad conuiuiū venisset: ar-
 ceretq; illum ianuis adulescentes: menedemū iussisse introduci: ac dixisse Asclepiades
 ēt sepultus ei ianuas aperit. erant aut̄ qui ambos fouerant Hipponicus macedo & age-
tor lamieus. Ex his alter vtriq; triginta minas largit̄: hipponicus vero menedemo duo
 milia drachmarū in filiarū dotem. Duxerat aut̄ vt ait Heraclides ex oropia vxores trīs.
 Porro conuiuiū in hunc modū faciebat: prius ipse cū duobus aut tribus prandebat dū
 dies in vesp̄ā vergeret: Tum vero vocabat quispiā cos qui aduenerāt & ipsos iam cœ-
 natos. Itaq; si qui citius venissent: percontabant̄ exeuntes quid esset appositū: ac recēs-
 id esset nec ne: & si quidē vel olusculū vel salsiusculū quippiam audissent: recedebant:
 Sin vero carnes: ingrediebāt̄: Lectulis estate p̄siathos: hyeme veruecū pelles superpo-
 nebāt: Porro puluinar sibi afferri oportebat: poculū qđ circum agebat cotula maius
 nō erat. Bellaria illis fabæ ac lupini: Interdū vero & pyra vel mala pūica & hmōi cū ma-
 tura tū præcocia sæpe & carica. Ea oīa memorat Lycophron in Satyra quā inscripsit
 menedemū: philosophi conscribens laudes: quoq; quædam huiusmodi quoq; sunt.
 Circundat̄ paruus calix ad mensuram.

Vt ex breui conuiuiō sic est ipsis

Modesta studiosis tragema sermo audiendi.

Primo igit̄ contemptui haberi capit: canisq; ab eretriēsis ac delirus appellari. Post
 modū vero ī summa admiratione oīum fuit. adeo vt ciuitatis quoq; gubernacula sibi
 traderent̄: legationibusq; crebris & Ptolæmeū & lysimachū: prætereaq; ad demetriū
 functus vbiq; honoratus ē: Cūq; illi ciuitas ducēta quotannis talenta persolueret quin-
 q̄ginta remisit: apud quē accusatus qđ si traderet Ptolæmeo ciuitatē se per epistolam
 purgauit cuius hoc initium ē. Menedemus demetrio regi salutē. Audio tibi de nobis
 plurima fuisse narrata: per eam illū admonet cauere vnum ex his qui sibi essent īfensi:
 deschylū momine: Constat illū ad demetriū p̄ oropo grauissime legatione functū:
 vt Euphantus quoq; in historijs meminit. Erat eius īprimis studiosus antigonus: seq;
 ip̄ius discipulū esse prædicabat: & cū barbaros fudisset circa Lysimachiam decretū ei

scripsit simplex atq; ab Assentatione alienum: Cuius initium est. Duces & consilij pri-
mores dixerunt: qm̄ Antigonus Rex prælio domitis barbaris aduenit in Eliā: eiq; pro-
spere cūcta succedūt visum ē senatui ac plebi. Hoz igitur gratia & præterea ppter sum-
mam cū illo amicitiam qd̄ illi ciuitatē pderet: suspectus habitus insimulante se aristo-
demo clā exijt atq; oropi moratus ē in amphiarai fano: Ibi cū perissent aurei calices vt
hermippus ait: Comuni boctioꝝ decreto loco migrare iussus est: Inde pfectus mēres-
& patriā clanculo ingressus vxorē ac filias sumens se ad antigonū contulit: ibiq; vitam
mærore terminauit. Refert heraclides his oīno contraria: Nā illum senatus principē
eretriā a tyrannis sape liberasse: demetrii viribus fretū. Non igit̄ antigono pdidisse ci-
uitatē sed falsam subisse calunniā. Profectumq; ad antigonū cum vt patriā e seruitute
eriperet: illū inducere nō posset septē dies totos cibos abstinuissē atq; ex ai dolore vita
excessisse. Similia huic & antigonus carystius refert. Soli aut̄ perseo iēxorabile indixit
bellū. Haud. n. obscurē erat antigonū cū menedemi grā eretriēsisbus rēpu. voluisset re-
stituere ab eo fuisse phibitū. Quo circa ī cōiuiuo menedemus ī illū acriter iuectus in-
ter cetera sic ait: Atqui iste qdē philosophus ē: sed vir oīum q sunt aut fuerūt vel futuri
sunt: pfecto neq̄simus. Morit̄ aut̄ vt eraclides ait septuagesimū & qrtū agēs ætatis
¶ In eius aut̄ laudem nos quoq; ita scripsimus.

Cannum.

Audita menedeme tua mihi mors: vt sponte

Mortuus es in septem diebus nihil edens.

Operatus opus post hereticum tamen mollem.

Puillanimitas properauit profecto.

Et hi quidem socratici & qui ab eis sunt. Transcundum autem est ad platonem qui in-
cipit academiam: & ad eos qui ab ipso sunt quot fuerunt eloquentes.

¶ Laertij Diogenis de vitis philosophorum Liber Tertius Incipit.

¶ Plato.

Lato aristone prē & matre perictiona: siue potona Atheninē-
sis natus ē. Mater a Solone genus duxit: Solonis qppe frater
dropides critiā genuit. cuius filius calæschrus critiæ qui vnus
fuit ex triginta: glauconisq; pater extitit: ab eo charmides & pe-
rictiōe geniti sunt: atq; ex ea & Aristone plato sextus a Solone
nascit̄. Porro solon ad neleum & neptunum genus refert: Ari-
stonē quoq; prēm a Codro melanthi filio originem ducere tra-
dūt: q a neptuno itidem sanguinem trahere trasilo teste memorant̄. Enimvero speu-
sippus in libro q platōis de ccena inscribit̄: & celarchus in laudatione platonis & anaxi-
des in secūdo de philosophis libro asserunt athenis celebre esse aristonē periectione cū
esset speciosissima cōgredi conatū esse. Verū fuisse illius conatus irritos. vidissēq; ī som-
nis apolinē: atq; ab eo visum mūdā a iugali copula quoad pareret vxorem seruasse.
Nascitur aut̄ plato: vt Apollodorus testat̄ in chronicis: octogesima octaua olympia
de thargilonis septima: qua. s. die natū apollinem delij autumant. Morit̄ aut̄ vt Her-
mippus tradit: primo anno cētesimæ octauæ olympiadis in nuptijs discubens: octo-
gesimū & primum ætatis agens annū Neanthes octoginta quattuor annoz defecisse
scribit. Est igit̄ Isocrate minor natu annis sex: Ille qppe sub Lysimacho: plato sub amy-
nio ē ortus: sub quo & pericles diem obiit: Erat aut̄ pago collyteus vt refert antileo in
secundo de tpibus: natus est fm quosdam in ægina ī phidiadis domo eius qui thaletis
filius fuit: vt fauorinus ait in oīmōda historia prē ip̄ius cū cæteris misso vt agrū sorti-
ret̄. Athenasq; reuerso qn̄ a lacedæmonijs qui æginēsisbus opē tulerant expulsi sunt: lu-

dos quoq; magnificos athenis adhibuit dione sumptus suppeditate: vt ait athenodorus in octauo de ambulationū libro. Fratres hūit adimathū & glauconē: sororemq; portonā: de qua speusippus nascit̃: Irasq; apud dionysiu didicit: cuius & in anterastis meminit: Exercitatusq; est apud aristonē argium palæstritā: a quo & plato p egregio corporis habitu cognominatus ē. Cum prius Ariscodes ex aui noie vocatus esset vt ī successionibus tradit Alexāder. Sunt qui ob orōnis vbertatem & mirā latitudinem sic appellatū putent: siue q; ampla fuerit fronte vt neātes scribit. Nec defunt q; in isthmo palæstra se exercuisse velint: sicut & dicæarchus ī primo de vitis: picture quoq; fuisse studiosum ac poemata scripsisse primo quidem dithyrābos: deinde melos & tragœdias. Vox illi gracilis fuit vt ait timotheus Atheniēsis in libro de vitis. Fert̃ & socrates vidisse per somniū oloris pullū sibi in gremio plumescere: q; continuo exortis pēnis expansis alis in altū aduolans suauissimos cātus ediderit. Postridie cū plato sibi a p̃e cōmendatus esset hūc cygnū quē uiderat dixisse. Philosophari cœperat primum in academia. inde se in ortū qui iuxta colonū est contulit: vt Alexāder in successionibus scripsit heraclitū adducens testē. Demum cū tragicū certamen esset initurus ante dionysiacū theatrū audito socrate igni poemata exussit dicēs: Hic vulcane Plato tua indiget opes: hic annū vice simū ætatis agens socratē audiuit. Illo decedente cratilo heracliti discipulo & hermodeni parmenidis philosophiā tuenti aurē accōmodauit. Deinde cū esset annorū duo de triginta vt ait hermodorus megara se ad euclidē cū alijs socraticis contulit. Hic cyrenem pfectus theodorū mathematicū audiuit: atq; inde in italiā ad pythagoreos philolau atq; eurytū concessit. Ab his se in ægyptū ad pphetas sacerdotesq; recepit: quo & euripidē aiunt vna secū pfectū esse: atq; ibi morbo cōprehensum a sacerdotib; marina curatiōe fuisse absolutū: q̃ ex re postmodū dixerit iundat mare cūcta viro-
rum mala. Sed iuxta honerū ægyptios mortales oēs medicos esse. Deceuerat Plato magis et congregi: verū ppter aliā bella pposito desistit. Regressus vero Athenas in academia cōmorabat̃. Est aut̃ loc⁹ ī suburbano nemorosus: a quodā heroe academo nomine sic appellatus: sicut & eupolis ī astrateutis memorat dicēs vmbrosus ī cursib; academidei. Sed & timon ī platonē loquens principē illū fuisse asserit: & suauitate oratiōis & copā oīum q; academiæ incolerēt florea rura. Antea. n. p e scribebat̃ ecademia philosophus isocrate amico utebat̃. Enimvero praxiphanes quādā cōscripsit inter eos habitā de poetis scholā: cū in rure platonis hospitio frueret̃ isocrates. Ter illū militasse Aristoxenus auctor est p̃o in tanagrā: secūdo in corinthiū: tertio in delū vbi & victoriā potitus sit: Miscuit heracliteorū pythagoreorūq; ac socraticorū rōnes: atq; in his qdē quæ sensibus subiacent heracliti partes tuebat̃. Porro in his quæ ad intelligentiā pertinent pythagoræ acq̃escebat: in rebus aut̃ ciuilibus socratē suū maxime amplectebat̃: atq; ita in vnū corpus triplicē philosophiæ cōpegit rōnem. Aiunt quidā ex quibus satyrus ē dyoni illū scripsisse in siciliā vti tres libros pythagoreos sibi emeret a philolao cētū minis. Erat. n. satis abūdans pecunijs acceptis a dionysio plusq; octoginta talentis. Sicut. n. honetor scribit in libro cuius ē titulus: an pecuniosum oporteat esse sapientē: Multū sibi epicharmus cōtulit comicus: cuius & plurima cōpilauit: vt Alcimus in eis libris quos ad amyntā scripsit q̃tuor numero meminit. Eorū in p̃o ita loquit̃: Constat aut̃ & platonem cōplura sibi de epicharmi libris assumere. Id ita inspiciendū est. sensibile asserit plato qd̃ aut in q̃litate aut in quātitate nunq̃ persistat: sed diffuat semp atq; imutet̃: Veluti si numex ex qbuslibet tuleris: Ea neq; æqualia neq; aliqua neq; q̃ta neq; q̃lia erūt. Porro ista sunt quorū semp generatio ē nunq̃ vero substātia. Intelligibile illud cui nihil vel accidit vel decedit. Hoc aut̃ sempiternorū natura ē: quā simile atq; ean-

dem semper esse contingit. Atque epicharmus de sensibilibus atque intelligibilibus in hac
sententiam expresse loquitur. addidit praterea alcimus. Aiunt autem & ista sapientes animam aliam
quidem sentire per corpus puta videndo atque audiendo. aliam vero ipsam per se ipsam aduer-
tere nullo corporis officio utentem. Quo circa eorum quae sunt alia sensibus percipi. alia intel-
ligentiae ratione comprehendendi. Eorum gratia plato quoque oportere dicebat eos qui cuperent. re-
rum initia colligere: ipsas primum species: quas ideas vocat semper se ipsas distribuere: puta si-
militudinem & monadem & multitudinem atque magnitudinem statumque & motum. Secun-
do ipsum per se ipsum honestum ac bonum atque iustum atque huiusmodi cetera subijcere:
Tertio conspiciere quaeque sunt adinuicem ideas: puta scientiam aut magnitudinem siue domi-
nationem simul: & illud cogitare: ea quae sunt apud nos ex illorum participatione eis aequi-
uoca fieri. Exempli causa iusta esse quaeque iusto communicant: honesta quae honesto. Est autem vna-
quaeque species aeterna: ac praterea intelligentia omni perturbatione vacua. Quocirca & ideas in
natura velut exemplaria dixit subsistere. Alia his esse similia quaeque maxima ad istarum simi-
litudinem consistet. Epicharmus igitur de bono atque ideis ita differit. Ergo ne tibi aequus cantus
res aliqua est. Ita sane homo: igitur ipse cantus est: nihil minus age videamus. Tibi autem aliquis homo
ne tibi videtur nec ne: homo perfecto. Nonne igitur idem tibi ut de bono: aliud esse bonum aliud
rem: si quidem semper se ipsum quisque illud didicerit iam bonus efficietur: quemadmodum qui ti-
bique cantum didicerit tibi autem: qui saltare saltator: qui complecti complexor merito dicitur: at-
que in hunc modum de ceteris quae ea didicerit: non ars ipsa sed artifex vocatur. Plato in opinio-
ne de ideis ait. Siquidem est memoria ideas in his quae sunt existere: quae memoria quietae
cuiusque rei ac manentis sit. Manere autem prater ideas nihil: quo. n. inquit modo seruarentur
animantes nisi & ideam attigissent: & praterea naturalem mentem acceperint. Memi-
nerunt autem similitudinis & pabuli cuiusmodi illis est optime callentes: quae sit animalibus
omnibus insita similitudinis intelligentia. Quocirca & quae sunt eiusdem generis sentiunt.
Porro Epicharmus ita ferme ait: Sapientia non in vno tantum consistit: sed quae viuunt omnia
notionem quoque habent: & n. gallina si advertere volueris: non parit viuentes pullos:
sed oua prius incubat & calorem animat: Haec autem sapientia ut sese habet natura nouit sola:
Ab ea quippe eruditur: ac rursum nihil perfecto mixtum si ita loquar: & placere eas sibi & mu-
tuo foueri ac videri praecleara. Nam & canis cani videtur esse pulcherrimum: & boui bos: &
asinus asino suisque item sui videntur venustate praestare. Ista & huiusmodi quattuor libris
comprobat Alcimus admonens quantum emolumenti Plato ex epicharmo sibi consciuerit.
Quod autem neque Epicharmus ipse hoc ignorauerit ex ijs conijcere licet quae praesagiens
ac veluti diuinas forte imitatore sui sic fere locutus est: ut autem ego puto: imo pro com-
perito habeo meaque adhuc erit memoria rerum meorumque sermonum. eisque quispiam acce-
ptis metro soluto quo nunc constant coloreque adiecto purpuram venustare verborum com-
ponet: iunctusque ipse alios facile superabit. Videtur plato sophronis quoque mimographi
libros antea neglectos primum Athenas inuexisse gestumque ex eis acquisisse: quos item
sub eius capite fuisse repertos. Ter autem nauigauit in siciliam primum quidem ut insulam crateres
que videret: quo & tempore dionysius hermodotis filius tyrannus impulit ut secum loque-
retur: ubi cum ille de tyrannide differeret dicens non id praestare: quod sibi soli esset utile: nisi
virtute & excelleret: offensum tyrannum atque iratum dixisse aiunt. Verba tua ocioforum se-
num sunt: & ille & tua inquit tyrannidem sapiunt. Ad hanc indignatum tyrannum primum qui
dem necare illum voluisse: deinde vero a dione & aristomene exoratum id minime fecis-
se: verum pollidi Lacedaemonio qui per id temporis legatus ad se venerat eum tradidisse ut ve-
nundaretur. Eum ille in agnam adductum vendidit. Quo tempore charmader charmadridis fi-
lius cum mortis reum esse accusauit: iuxta promulgatam. nam apud eos legem capitale

erat: si quis Atheniensium eam insulam adisset: atque ipse eam legem tulerat ut fauorinus memorat in omni moda historia: Caterum cum a quodam fuisse allegatum discipline gratia philosophum eo ascendisse: absolutum dimisserunt: Afferunt plerique illum & in concione adductum: ubi cum obseruaret nihil penitus locutum fuisse: prompto quidem animo quicquid cogeret excipere paratum. Illos eum minime quidem occidendum sed solum modo vendendum captiuorum more decreuisse. Aderat forte anniceris cyrenaicus. Is eum viginti minis siue ut alij volunt triginta redemit: remisitque Athenas ad amicos. Illi ex templo pecuniam anniceridi restituendam curauerunt. Sed hanc ille omnino accipere noluit: afferens non eos solos dignos esse quibus Plato curae esset. Alij dionem eam misisse pecuniam dicunt: illumque eam nulla ratione admisisse. Sed hortulum quoque in academia sibi comparasse: pollidem vero a chabria superatum: & postmodum in elice fuisse submersum. fama est daemone sibi nuntiante ista illum philosophi gratia perpeti: ut fauorinus in primo commentariorum meminit: non tamen quieuit dionysius: verum cum didicisset quae illi contigerent: scripsit platonem orans ne in se maledicta intorqueret: Ad quem ille scripsit: non sibi tamen superesse oculi ut dionysij meminisset. Secundo profectus est ad iuniorem dionysium postulans terram atque homines: qui iuxta constitutam ab eo rempublicam viuerent. Id ille quod pollicitus implere detraxit: nec absuit sed quosdam suspitio illum magno sui periculo dionem & theorae persuadere tetasse: illorumque erexisse animos ad liberandam insulam. Quo tempore Archytas Pythagoreus scripta ad dionysium epistola purgavit illum a suspicionem: atque ereptum Athenas remisit. Est autem epistola huiusmodi: Archytas dionysio salutem. Misimus omnes platonis necessarios Lamiscum & Photidam virum illum abs te recepturi iuram antiquam nostrae amicitiae. Recte igitur feceris si memineris quanto a nobis studio efflagitasti platonem ad te aduentum: nos autem illum venire hortaremur: fatumque te spondentes omnia: illumque libere accedere & abire permissum. Memor esto igitur quatenus illius aduentum feceris: utque illo in tempore plus ceteris amaueris: quod si qua orta sit multas est humanius te agere convenit: illumque nobis restituere illa sum. Haec enim faciens iustitiam coles: nobisque gratificaberis. Tertio accessit dionem reconciliaturus dionysio: sed cum id optinere nequiuisset infecto negotio ad patriam rediit. Vbi ad reipublicam accedere quidem noluit: quis maxime ciuilis esset: ut ex his constat quae scripsit. Ratio autem cur abstinuerit a publicis negociis illa imprimis fuit: quod plebs alijs senioribus assuefecerat. Refert paphila in. xxv. commentariorum arcadas ac Thebanos condita ciuitate honeste magnitudinis rogasse illum ut eam reipublicam instrueret: quos cum ille didicisset aequalitate sectari nolle: profectum non esse. Fecit & chabriam ducem reum mortis secutus cum id ciuium nemo tentare voluisset: quoniam & arcem cum chabria ascendenti crobylus lycophanta conuiciatus dixit alteri opere laturus accedis: quasi vero nescias & tibi deberi socratis venenum: Ad quem ille: & quoniam pro patria militabam pericula pertulit: & modo amici gratia ne desum officio per libenter me periculis expono. Primus hic ut Fauorinus ait in octauo omni moda historiae dialogos introduxit: primusque inquisitionis modum per resolutionem leodati thasio iduxit: & primus in philosophia noiauit antipodas & elementum & dialecticam & poemata & praelongum in numero. Extremorumque planam superficiem ac dei prouidentiam. Primusque philosophorum orationi Lyfiae cephalii filij contradixit ipsam ad verbum exponens in phaedro: primusque grammaticam vim speculatus est. Cumque primus omnibus fere quae ante se fuerant contradixerit: queri solet: cur democriti mentionem non fecerit. Refert anthes cyzicenus nunc cum in olympia aliquando descendisset graecorum in se omnium ora conuertisset: quo est tempore dionem congressum aduersus dionysium bellum instituenti. Porro in primo commentariorum fauorini fert: Mithridatem persae regem platonis statuam in academia locasse ita inscriptam Mithridates rhodobari

filius perles musis imaginem platonē dicauit si laniois opus. Tradit heaclides iuuenē
platonē adeo fuisse verecundū: adeo compositū vt nunq̄ ridere nisi modice deprehen-
x Enocrates Agathenoris filius calcedonius a primis ferme annis Platonis auditor fuit. Eiq; in Siciliā p̄ficienti comes itineris adhaesit. Erat atq; habes ingenio ac tardus: adeo ut cū illū Plato aristoteli cōferret: alterq; freno: alterq; diceret egere calcaribus. illudq; cui equo: quē asinū iungo. alioquin se uero semp ac serio habitu & ore perdurabat: ita ut saepe ad illum Plato diceret xenocrates gratijs sacra fac. Vixit autē ut plurimū in academia. Si qñ vero ad urbem p̄fecturus esset: turbas oīs tumultuosorū ac impudicorū eius obseruare transitum solitas tradunt: eius inquietandi gratia: phryaen deniq; nobile scortū illum aliquñ tentauisse: cū videlicet a qbusdam dedita opera insectaretur ab eo intra ædiculā admissā humanitatis cā: cumq; solus illic & vnicus lectulus esset oranti lectuli ipsius partē concessisse. demum cū multa nequicq; orasset infecto opere p̄fectam esse: ac dixisse percōtantibus: se non a viro sed a statua exire. Quidā vero discipulos Laidem illi inieciisse in lectulū tradunt: illumq; adeo fuisse continētē ut cū se ad libidinē icitari præsensisset: & secare & vrere verenda saepe pareret. Tanta vero illius verbis fides habebat: ut cū iniuriati nullius testimoniū admitteret huic soli remiserint Atheniēses iusiurandum. Erat præterea maxime frugi: ita ut cū illi Alexander magnā pecuniæ summā misisset sublati solū tribus milibus atticis reliquū remiserit dicēs illi opus esse pluribus: q̄ plures enutrieret. Ab antipatro quoq; sibi missam pecuniā nō suscepisse mironianus in similibus testat. Corona quoq; aurea donatū præmio. s. imodica potationis ab his q̄ se continebant apud Dionysium: cū inde esset profectus: eam ante Mercuriū deposuisse: vbi floreas etiam coronas ponere solitus erat. Missum illū cū cæteris legatū ad Philippum fama ē: ac reliquos quidē donis emollitos & cōuiuia celebrasse: & cū illo sepe in colloquiū venisse cū vero horū neutrū fecisset: Neq; n. illū ideo Philipp⁹ admiserat. Quo circa & Athenas reuersos legatos dixisse Frustra xenocrate secū iussisse: & cū illi parata iā esset mulcta: cōperto ex il

lo vt sese res haberet monente tunc maxime reipub. curam hēdam. Quippe philippum ceteros donis corrupisse: se vero nulla rōne inclinare ad suū cōsensum posse peruidisse. Ea ex re duplici honore honestatū asserunt. Philippū quoq; postmodū dixisse solum xenocratem ex oibus q ad se venerant legatis munera spreuisse. Ad antipatꝝ quoq; legatione functus vt q ex atheniensibus in bello Lamiaco capti fuerant redderet: ab eo inuitatus ad cōnā: hisce ad illum metro verbis vsus est.

Quis prius o circe: premerent si corda pudores.

Inter vina piger posset recubare dapesq;.

Quam socios ex omni ereptos clade videret.

Quibus doceret nō se prius cōuiuio exurrectus: q̄ qd̄ petebat impetrasset: inimicosq; ac ciues absolutos videret eius hanc dexteritatem ille perlibēter amplexus oēs cōtinuo absoluit ac remisit. Cum aliqn passer accipitri futurus praeda se in eius sinum recepisset: operuit ac fouit dicens nō oportere supplicem pdere. Cum a bione obiurgaret: nō tibi inquit respondebo equidē. Nam neq; tragœdia cōmœdiam cum ab eo laceſit responsione dignat̄. ad eum qui neq; musica: neq; geometria neq; astronomia iſtructus ludum suum frequētare cupiebat: perge inquit: ad miniculis. n. philosophiæ cares. Alij sic dixisse ferunt: Apud me. n. vellus non molliſ. Cum Platoni Dionysius diceret caput tibi quispiam tollet: aderat hic & suū ostendens: nullus inquit id prius q̄ istud abscindet. Aiunt antipatro Athenas profecto & se salutanti nō antea respondisse: q̄ cœptam finiret orōnem. Porro gloriæ & fastus in primis contēptor fuit: ac sape inter diu meditationi inferuebat: atq; vnā silentio distribuebat horā. Scripsit aut plurima: admonitiōesq; & versus. Ea fere ista sunt: de natura libros sex: de philosophia sex: de diuitijs vnū: arcadem vnum: de optimo vnū: de puero vnum: de cōtinentia vnum: de vtili vnū: de libero vnum: de morte vnū: de voluntario vnū: de amicitia duos: de scribendo vnū: de memoria vnū: de modestia vnū: de contrario duo: de felicitàte duo: de mendacio vnū: Calliclem vnū: de prudentia duo: Oeconōicum vnum: de frugalitate vnū: de viribus legis vnū: de rep. vnum: De sanctitate vnū: q; virtus rradī possit vnū: de eo qd̄ est vnū. de fato vnum: de perturbationibus vnū: de vitis vnum: de concordia vnū: de discipulis duo: de iustitia vnū: de virtute duo: de speciebus vnū: de voluptate duo: de aīa duo: de scīa vnū: politicum vnū: de vita vnū: de fortitudine vnum: de vno vnū: de ideis vnū: de arte vnum: de dijs duo: de aīa duo: de scīa vnū: ciuilem vnū: de scientificis vnū: de philosophia vnum: de permenide vnū: archædemus siue de iustitia vnū: de bono vnū: de his q̄ circa mentē sunt octo: Solutio eorū quæ accidunt orōni vnum: De physice vel de his q̄ de physica rōne audiunt̄ sex: capitula vnū: de generib⁹ & specieb⁹ vnū: Pythagorica vnum: Solutiones duo: diuisiōes octo: positionū libros. xxxiij. de ratione differendi libros. xiiij. post hæc libros. xv. & alios. xvi. de discipulis eorū q̄ circa distinctionē versari possunt libros nouē: eorūq; circa mentē sunt alios libros. iij. eorū quæ circa disciplinas versant̄ libros sex: De his q̄ circa mentē libros duos: alios de geometris libros quinq; Cōmentariorū vnum: Contrariorū vnū: de numeris vnū: in numerorū speculatio vnū: de interuallis vnum: de his q̄ in astrologia versant̄ libros sex & elemēta. Ad alexādrū: de regno libros q̄tuor: ad Arybā ad ephæstione: de geometria duo: versus. iij. ducēti triginta nouē. Eum tñ cū tantus ac talis esset Atheniēses aliqn vendiderūt: vt eo mō in exilio positus frangereſ: eū demetrius phaleræus emit & vtriq; succurrit. xenocrati. n. libertatē restituit. Atheniensibus vero iposita illi viro ab vrbe rāsmigratione satisfecit. hoc ait myrōianus amastriacus in primo historicoꝝ similiū capituloꝝ: Successit aut Speusippo scholamq; tenuit annos. xxv. Docere aut cœpe-

rat sub Lyfimacho ceteris decima olympiadis anno secundo. Morit noctu cum i sar-
ragine forte offendisset ætatis annu agens octogesimu secundu. nos de eo sic diximus:
Vas ubi xenocrates non cautus iniuit ahenum.

Sauaq; sub propria vulnera fronte tulit.

Altius o clamans animam spirauit in auras.

Hcu heu vir magnis omnibus aptus erat.

Fuerunt & alij quinq; eiusdem nois: prior antiquissimus huius philosophi ciuis: ac p-
pinquus. fertur eius oio qua inscribit arfinoetica de arfinoe defuncta: alius philosophus
Elegia scriptor non satis pbatus. Ita. n. se habet res vt poetæ quidem si pla orone scri-
bere velint efficiant. Qui vero pedestri oratione scribere consueuerunt: si poetica sibi
partes vendicare velint non consequantur. Id ex eo liquet quod alteræ naturæ: artis alteræ
opus est. Alius Statuarius fuit. Postreus aristoxeno teste odas conscripsit.

¶ Polemo atheniensis.

Olemo Phlostrati filius atheniensis. Pago Oeetheus oriundus: cum esset adole-
scens: adeo ipudicus: ac lubricus fuit: vt pecunias circūferret quo paratior es-
set & istructior ad voluptates implendas: eas itidem in vijs: & angiportis occule-
ret. In academia quoq; iuxta columnā quandā reperta ē pecunia ab eo illic in vsus simi-
les recondita. Aliqñ vero ex condito cum sodalibus ebrius & coronatus xenocratis irru-
pit scholam: Quo ille nihil non aduersus eā quā ceperat orationē ardentius quoq; p-
fectus ē. Erat aut sermo de pudicia: ea illi oratiōe sensum ipurus adolescens se ipsum
collegit: atq; ita: vt industria: & studio ceteros vinceret: eiq; in schola regenda succede-
ret: centesima sextadecima olympiadæ docere inchoans. Refert Antigonus Caristi-
us in vitis patrē eius fuisse primarium ciuitatis: equosq; iugales nutrire solitum. Fugif-
seq; iudiciū polomonē ab vxore nequitia insinulatū: q; adulescentibus congregare
tur. Tantū vero inter ipsa philosophandi principia oris atq; habitus assumpsisse con-
stantiā: vt idē semper permaneret vocemq; nūquam imutaret. Quibus ex rebus Crā-
torem quoq; sui in primis studiosum fecit. Deniq; a cane laceffitus. dum suram mor-
sū discerneret ne expalluit quidē: tumultuq; in ciuitate excitato percontatus quidnā
contigisset immobilis perstitit. In theatris quoq; nulla miseratione mouebat. Nicostra-
to. n. qui cognominabat Clytemnestra poetæ quiddam sibi cratic; recitāte illoq; in af-
fectum commiserationis translato: hic ita perseuerauit: ac si nō audiuiisset. Eiusmodi
autem pfecto fuit qualem describit Melantius pictor in libris de pictura: ait. n. opor-
tere cōtumaciam quandam atq; duritiam operibus & moribus ex æquo moderari. Po-
lemonem autem dicebat oportere in reb; exerceri: nō in dialecticis: speculationibus vt ne
breuem quādam artem sorbentes atq; meditates: dum in rogationibus admirationi
habent affectu sibi ipsis repugnarēt. Erat igit urbanus adiuncta seuera constantia. Id
q; fugiebat qd de Euripide scribit Aristophanes: acidū cum atq; asperū vocans. Neq;
vero sedens dicebat cum rogaret: sed ambulans. Itaq; propter summum pbitatis stu-
dium in ciuitate honorabat: maxime post deambulationē quiescebat in hortulo iuxta
quem discipuli constructis breuib; tugurijs ppe scholam exhedrāq; habitabant. Vi-
det aut Polemonem xenocratem in cunctis æmulatus. eumq; amasse aristippus in quarto
de antiquis delitijs refert: semper deniq; illius innocentiam & sinceritatem Polemonem in ore
habebat: induerat illius quoq; grauitatē veluti doricus quidam i musica modus: erat
aut & sophoclis in primis studiosus. atq; in illis maxime locis ubi iuxta comicū canis q
dam molossicus secū vna pœmata fecisse videbat: & ubi iuxta phrynicum non elatus:
aut turbidus sed mitis incedit: atq; placidus. Dicebat igitur Homerus quidem opicum

esse Sopholem. Homerq; vero sophoclem tragicū. Obijt iam vetulus ex phthisi: reliquitq; opuscula plurima. Nostrumq; est de eo carmen.

Non audis hominum tristem polemona dolorem

Teximus: hic morbi quem posuere graues.

Non polemon saxo tegitur: sed inane cadauer:

Hoc ad clara volans astra reliquit humi.

¶ Crates Atheniensis.

c Rates atheniensis patre antigene ortus pago Thriasi⁹ fuit auditor simul amatorq; Polemonis illiusq; successor scholae: ita vero sibi psuere inuicē: ut nō mō viuētes eadē sint studia secuti: verq; ad vltimā fere respirationē alterutrū similes fuerint: & mortui eodē sepulcro sint cōditi. Vnde & antagoras ambos versu laudauit in hanc sniam. Hoc tumulo Cratē ac Polemonē cōditos fatere q; trāsis o hospes viros cōsensu animoꝝ pꝛincipuos: quoz diuino ex ore doctrina manauit sacra: vitāq; mūdiciēs. Sapientia adiuncta veris certisq; psuadens dogmatibus ornauit saculū: hinc & Arcefilaū cū ad eos a Theophrasto diuerteret dixisse ferūt illos deos esse aliquos: aut aurei saculi reliqas Erāt. n. ingenio minime vulgari: aut multitudinis fauorib⁹ dedito. Sed qd de Dionysodoro tibicine fert: illis cōuenientissime aptari pōt: quē aliqñ dixisse tradūt & exultantē atq; gloriantē qd nihil ex suis pulsib⁹: neq; itricis: neq; ad fontē vnq; audiuisset: sicut Ismenij. Cenare apud cratorē solitū refert Antigonius cōcorditer amobus Arcefilao ēt adiecto viuētib⁹: habitasse itē Arcefilaū vna & Crantorē Polemonē q; vna cū Crate & Lyside quodā ex ciuibus. Erat aut inqt amator: ut pꝛdictū ē: Polemonis qdē Crates: Cratoris aut Arcefilaus. Moriēs aut Crates ut appollodorus i tercio cronicoz ait libros reliqt alios qdē philosophicos. De comœdia alios. Oratōes itē populares alias: & de legatiōib⁹ alias: habuit & discipulos sane memorabiles: hoz ex numero fuit Arcefilaus auditor su⁹ de quo i cōsequentib⁹ dicem⁹: & Bion itē Horistē nites: ac postremo Theodor⁹: a quo secta Teodorica denominata ē: de quo itē suo loco dicem⁹. Decē vero fuerūt Crates: Prim⁹ antiq cœdix poeta. Secūdus orator Tralian⁹ de Isocratis familia. Tertius valloꝝ effosfor q cū Alexādro militauit. Quartus Cynnici⁹ de quo postea dicem⁹. Quītus philosoph⁹ pipateticus. Sextus academicus quē pdixim⁹. Septim⁹ Malotes grāmatic⁹. Octau⁹ q geometrica scripsit. Non⁹ poeta epigrāmarū. Decim⁹ Trasensis academicus philosoph⁹.

¶ Crantor.

c Rantor solensis cū apud suos haberet ingloria cōcessit athenas: ibiq; xenocratis auditor Polemonisq; socius in discendo fuit. Reliquit aut cōmentaria ad xxx. versuū milia: Ex eis quādā Arcefilao non desunt qui applicēt. Fert cum interrogatus esset cuius rei gratia ita se Polemoni addixisset respondisse: qā illo nunq neq; acutius neq; grauius audisset loquentē. Is cum infirmatus esset in asclepianū secessit: ibiq; deambulabat: cōtinuo ad eum illuc vndiq; cōfluxere discipuli existimātes illū non morbi cā: sed q; ibi scholā vellet instituere eo cōcessisse. Aderat tū illic & Arcefilaus volēs ab illo se ab polemonē conferre quāq; amatore suo. sicuti cum ad Arcefilaum venerimus dicemus: quā ex re non solum nihil succēssit: sed ipse quoq; cū sanus factus esset se ad audiēdum polemonem cōtulit: atq; inde multum illi & gloriā & laudis accessit. Fert & substātiā Arcefilao reliquisse talentoz. xij. Et cum ab eo rogaret vbi nam sepeliri vellet: dixisse terrē in caris visceribus abscondi placet. Poemata quoq; scripsisse dicit eaq; signata a nullo i Mineruē fano i patrio solo cōdidisse. Theaetetus quoq; poeta illum laudans & viris & mulis fuisse imprimis gratū canit: atq; sub ipsam se nequitiam cum defecisset. humo conditum: illic tranquillo xuo frui.

Tarda senecta tulit haud ultra viuere crantor.
 Complacuit musis complacuitq; viris.
 Exanimem sed terra virum tu suscipe sacrum:
 Sit placidusq; illic vt quoq; viuus erat.
 Admirabat Crantor præceteris Homerq; & Euripidem dicens: operosum esse & indu-
 striæ plenū pprietate seruata tragice simul & mis corditer scribere p̄erebatq; versicu-
 lū ex Bellerophonte. Hei mihi qd ita mortales passi sum⁹. Antagorā quoq; poetā ser-
 tui vt Crantoris ferri hmōi: Crātoris item in laudē versus referri in antagorā fama.
 O mihi mens esset celebrem: quæ luserat olim.
 Progeniem diuum: canerem nam carmine curas
 Nunc æternorū: natos quot in æquore lati:
 Oceani regina erebi: nox edidit alto.
 Cypridis & terra genitos: sortemq; malignam
 Ventorū: sed deinde viri bona: duplicis atq;
 Nostra tuum canerent naturæ carmina corpus.
 Erat aut: & nominibus fingendis acer. Tragœdum deniq; dixit infractam habere vo-
 cem: & cortice plenam: & Theophrasti quaestiones ostreis cōscriptas esse. Laudat ei⁹
 maxime liber quem de luctu edidit. Obijt āte Polemonem & Cratem aque iterctis
 morbo. Est & nostrum epigramma in hanc sententiam.
 Inundauit & te crantor pessimus morbus.
 Et sic descendisti in magnum plutonis abyssum
 Et tu qui illic nunc gaudes.
 Sermonum vidua stetit tuorum autem
 Academia & soli patria tua

Arcefilaus.

Arcesilaus Seuthi siue Scythi filius sicut Apollodorus i tertio chronico ait:
 Pitanaeus ex æolide primus mediā inuexit academiā negationes cōtinens p-
 pter sermonū cōtrarietates: primusq; in vtrāq; dissere partē aggressus ē: Idē
 q; orationis genus qd Plato tradiderat: per interrogationē: ac responsionē ex vmbra
 in certamē ac puluerē prior eduxit. Crātori vero in hūc modū cōgressus est. Quartus
 erat ex fratrib⁹: q illi duo erant ex eodē patre duoq; eadē ex matre generati. Ex his al-
 ter q eodem ex patre maior natu erat Pylades: q vero ex matre Mœreas dicebat: qui
 q; eius curator erat. Audiuit itaq; principio qdem Autolycū mathematicū ciuem suū
 anteq; pficisceret athenas: q cum sardis quoq; perrexit. Deinde xanthum atheniēsem
 quoq; musicū. post quē Theophrasti auditor fuit. Tum demū in academiā se ad Crā-
 torē cōtulit. Mœreas. n. quē prædixim⁹ frater illū ad oratoriā ediscendam hortabat:
 sed illū philosophiæ iam amor ceperat. Eo amore flagrantē Crantor amator suus Eu-
 ripidis ex andromeda versiculo percōtari pergit. Nū gratias habebis: si te seruam vi-
 go: cui ille sequētia respondit. Duc age me hospes: & ancillā aut cōiugem vt voles ha-
 be. Ex hoc iā piter ambo morabant. Aegre tulisse Theophrastū aiunt illius recessum:
 ac dixisse. Quam ingeniosus p̄mptusq; adolescēs e scola discessit. Namq; cum esset in
 dicendo grauissimus: atq; in scribendo satis exercitatus. poetica quoq; operam dedit.
 Feruntur eius epigrammata in attalum.
 Pergamus haud armis sed equis quoq; clara per orbem.
 Dicitur a pisa quam coluere dei.
 Ex ioue sis fas est mortali dicere mentem:

Rurſus erit multo concelebrata magis.

Atq; menodorum eudami filium vnum ex condiscipulis amantem.

Hinc diſtat phrygia eſt longe ſacra hinc thyatera:

O menodore tua patria cadauada.

Aequalēſq; viæ dicunt acheronta nephandum

Virorum vt acer vndiq; permenſurata:

Hoc tibi ſed tumultum accurata condidit arte

Eudemus omnibus qui tibi amicior.

Amplectebatur Homēꝝ maxie ex oibus: cuiꝰ adeo ſtudioſus erat: vt ſemper ante ſonum eius aliquid legeret. Mane quoq; cū ſurgeret dicens ſe ad amaſium pergere: ne ab eo legendo impediret. Pindarꝝ quoq; dicebat eſſe imprimis idoneū implere vocē verborumq; ac noīum copiā præbere. Stilū etiam ionicū expreſſit cū eſſet iunior. Hippo- nici item geometræ auditor fuit. in quem cū eſſet alias hebes & obtuſus: & hiſcens: artis tñ intelligentia valeret iocatus eſt dicens hianti ſibi geometriā in os aduolauiſſe: cū etiam dementem aliquñ effectū domi ſecū habuit: atq; tam diu illiꝰ curam egit quoad redderetur ſenſui. Crate autē vita ſuncto ſcholā tenuit: credente ſibi Socratem de quodam. Nullū vero librū ſcripſiſſe ferunt: q; æque de oibus retineret aſſenſum: alij deprehensum dum quædā emendaret tradūt. eos tñ ipſos alij non edidiſſe: alij ſtām̄is tradiſſe aiunt. In honore ſummo Platonē habuit. libroſq; illius ſtudioſe lectitabat. Sunt qui Pyrrhonem quoq; imitatum aſſeuerent. Dialecticæ quoq; fuit non imperitus creatorūq; ſermones: ac rationes calluit. Vnde & de illo ab Ariſtone dicebat. Ante Platonem: retro Pyrrho: mediūſq; Diodorus. Timon etiā de illo ſic locutus eſt: habēs namq; Menedemū plumbum in ſinibus ponet: ſeu Pyrrhonem penitus carneum: ſiue Diodorū. Erat autē proloquijs abunde vtēs & conſtrictus atq; in locutione ambiguus. Ac præterea obiurgator confidēs multū atq; audax: quod Timon quoq; ſignauit. qui illi ſus increpando vehementiā vno verſiculo expreſſit.

Oblitus neſcis iuuenum dum cuncta reprendis.

Vnde & adoleſcente quodā audaciūſ q̄ par erat: loquēte: nullus ne inquit hūc talo excipiet. Cū rettuliſſet ad eū quidā vitioſe concludēs: nō videri altero alterū maius: ne. x. inquit digitorꝝ longitudo ſenorꝝ longitudine. Emone quodā Chio cum eſſet deformis formoſum ſe arbitrāte: ac iugiter chlamidē præcioſam induēte: ac rogāte nū illi ſapiēs amaturus videret: ait vtrū: neq. n. ſi ita q̄ſpiā fuerit pulcher vt tu neq; ſi ita ſpecioſe induat vt tu. Cū vero ab ipudico ita ageret cui ſorte inſenſa erat eius grauitas: licet ne te rogare o venerāda an ſilere: ſic ait. Quid mihi o mulier aſpera nec conſueta loqueris: Verboſo cuidā ignauo ocia ſua perturbanti: improbe inquit & impudice loqui ſeruorū filij conſueuerūt. Loquaci itidē ſe obtū denti nimio verboꝝ ſtrepitu: graui inquit nutrice caruiſti. Quibuſdā vero nihil reſpōdebat. Foenerator quodā: ac dicendi ſtudioſo quiddā ſe ignorare dicente: Latent. n. inquit & ventorꝝ tranſitus auē: niſi cum adſit foetus. Sumpta ſunt autē iſta ex Enomao Sophoclis. Alexinum quendā dialecticum alexini quædā cōmode ac pro merito enarrare nō valentē: quid Philoxenꝰ aduerſus laetitiaſ operarios egiſſet admonuit. Ille. n. cum hoſ carmen ſuū male cantātes offendiſſet: lateres illorum cōculcare cœpit ac dicere. Vos mea corrumpitis: ego veſtra diſſipabo. Ferebat grauitē ſi quis intēpeſtiue diſciplinā liberales arripuiſſet. Naturaliter autē quoddā modo in diſſerendo utebatur hoc verbo: arbitror equidem: & non aſſentietur iſtis: ille cum ex nomine appellans: idq; diſcipulorum quoq; plurimi imitabantur: neq; id ſolum verum & rhetoricen eius omnemq; dicendi modum ac figuram

in se nitebatur exprimere: erat autem illi inuentionis præcipua felicitas: Rite item ac facile occurrere obiectis: otatōisq; ambitū ad id quod erat propositū referre atq; omni se tpi accommodare mirifice callabat. Magna illi præterea vltra oēs ceteros erat persuasū dēdi quæ vellet acrimonia. Quibus ex rebus factum ē: vt ad eū audiēdum cōfluerent plurimi: & quidē cū illius imodico acumine offenderetur. Quod tñ illi ipsi æquo aīo ac libēter tolerabant: erat. n. vir bonus valde: suosq; auditores bona spe plenos emittebat: erat illi sūma facilitas in cōmunicandis rebus suis: atq; ad ferenda beneficia promptus occurrebat: latere quoq; gratiā omni studio querebat: fastum eiusmodi maxime exhorres. Deniq; ingressus aliquñ ad Ctesibium agrotū videntq; inopia reꝝ angustari: plenū nūmis sacculū clam eius puluino subiecit. Quo ille inuēto arcesilai iquit hic ludus est. Sed & alias mille ad eū solidos misit: Archiā vero arcadē Eumeni cōmendās: vt magna dignitate frueretur effecit. Liberalis quoq; admodū fuit: ipsamq; liberalitatem suā argenteis in primis vasis præferbat: atq; cū archecratis & Callicratis apparatus contēdens aurea quoq; vasa in studio habuit: plurimisque ea subministrabat: quibus & cōuiuia: & cœnas faciebāt. Acceperat ab eo quidā ad suscipiēdos amicos argētea vasa cū vero his egenus esset nō repetijt. Aiunt alij de industria hæc illū vtenda dedisse: & cū ea ille redderet: q̃a pauper erat illi largitū fuisse. Erat qdē illi & in pitane substantia: ex qua sibi Pylades frater suppedibat ad vitæ vsus. Sed & Eumenes Philesteri filius ipsum largissimis frequētibusq; illustrabat dōis. Quocirca & huic soli præter ceteros studebat reges. Cū autē antigono pleriq; obsequerentur: illiusq; domū salutandi cā frequēarent: ipse quietē agebat nolens in illius noticiā incidere. Hieroclis itē amicitijs ī primis fruebat: q̃ munychiā possidebat: & Pyraxū. Itaq; diebus festis semp descendere ad eū cōsueuerat & cū ab eo quoq; vt antigonū salutatū pergeret induceret nō acceperat sed ad vsq; illi⁹ ianuas pfectus retro redijt. Post nauale vero antigoni pugnā plurimis illū adēntibus: epistolasq; p̃ consolatiōe scribētibus tacuit ipse. Attamē pro p̃ria legatione: ad antigonū in Demetriadem functus absq; effectu redijt. Omne igit̃ tempus vixit in academia: reip. negocia fugiēs ad cōsilia dānans. Interdū & athenis in piræo morabatur ex tpe dicens: Hierocle. n. vt diximus utebatur familiariter: vnde & a plerisque carpebatur. Magnificētia præterea excellēs: quid. n. rectius dici pōt q̃ alter Aristippus. Cœnas cū similibus sæpe celebrabat: ipseq; ad illos proficiscebatur. Theodote item ac Philete alienis scortis palā congregiebatur: detrahentibus autē aristippi instituta re censebat. Adolescētibus itē maxime studebat: eratq; in amorē pronus. Vnde illū Ariston Chius Stoichus corruptorē iuuenū diseruntq; impudicū & temerariū appellans accusabat. Nāq; & Demetriū cum is Cyrenē nauigasset: amasse plurimum dicūt: & myrleanū leocarē: de quo & ad comessantes dixisse se quidē aperire velle: illū autē phibere. Hunc amabāt & Demochares lachetis & Pyrochles beselij fili⁹. Quos ille cū deprehēdisset: cedere se tolerādo dixit. Præterea carpebant eū & obiurgabāt ij quos diximus: vt vulgo addictū gloriæq; studiosum: maxie autē illū apud Hieronymū pipatēricū vexabāt: cū amicos cogeret ad natali diē alcynoci ē antigoi filij: q̃ die pecunias plurimas in sūptus quotānis mittebat antigonus. Vbi cū deuitaret inter pocula differere aridelo pponenti sibi quiddā quod speculatiōe indigeret: orātq; vt super illo differeret: dixisse ferunt. Ad hoc ipsum imprimis philosophiæ p̃prium est: cuiusq; rei tēpus scire. In id autē quod turbæ addictus culpabatur: & Timonitidē suo vt solet cursu coarguit. Cum tñ esset eiusmodi: ita moderatus & fastus fugiens erat: vt discipulos moneret & alios audire: & cū adolescēs quidā Chius ex ludo suo Hieronymi quē p̃diximus scholā plus sibi placere significasse: ipse manu apprahēsū ad illū duxit. philosophoq;

cōmendauit admonens seruare ordinis ac disciplinæ grauitatem. Perlepidum & hoc illius dictū memoratur. Percōtāti. n. cur ex disciplinis alijs pleriq; ad sectā epicuream trāsirent: ex epicureis vero nullus se ad cæteras cōferret: ait q̄a ex viris qdē galli fiūt: ex gallis viri nūq̄. Cū vero iā esset mortū p̄ximus: sua oīa Pyladi fratri legauit. q̄ is illum Chiū clā mœrea atq; inde athenas deduxerat. Nunq̄ vero aut vxorē duxit aut filios genuit. Tria testamēta conscripsit. Ex his vnū eretriæ penes Amphitricum deposuit: fm̄ athenis apud quēdam ex amicis. Tertiū domū ad Thaumasiā quēdam necessariū suū misit horās: vt illud seruaret ad quē ita etiā scripsit. Arcefilaus Thumasiā salutē. Testamēta mea Diogeni tradidi ad te perferēda. Quia. n. sapius agroto: & corpore nō rite valeo: testamētum cōficere placuit: vt siquid cōtingat inopinatū: sine tua iniuria p̄ficiscar ex vita: qui vnus ex oībus maxime me affectu p̄secutus es: fidissim⁹ aut̄ omnium qui hic sunt cū mihi semper fueris: diligenter ea seruare stude: tum p̄pter ætatē: tum p̄pter necessitudinē. Cura igit̄ memor quantū tuę fidei cōmittam: vt quod apud te totū deponēt quantū in te ē: id moliri: vt negocia mea honeste disposita sint. Posita sūt aut̄ ista athenis apud quēdā ex amicis: & eretriæ penes Amphicritū: Obijt vt Her mippus: ait cū meꝝ imodice hauisset: ac per id offendisset septuagesimo & q̄nto ætatis anno: susceptusq; est ab Atheniēsisibus vt nemo alius.

Quid vini tantū dic arcesilae bibisti.

Extra sis mentē lapsus vt ipse tuam?

Non tam te miseror q̄ mortuus: at quia musas

Tu potius nimio læseris e calice.

Fuerūt & tres alij arcesilai. Prim⁹ poeta priscæ comœdiæ: Secūdus elegiæ poeta: Terti⁹ sculptor: in quē & Simonides hoc scripsit epigramma. Signū hoc dianæ est. Ducēta. n. merces eius dragmæ. Artifex elaborauit pallidis manib⁹ Dignus Arcefila⁹: Aristodici aut̄ philosophus vt ait Appollodorus in chronicis floruit maxime circa centesimam & vigesimam olympiadem.

¶ Bion Boristhenites.

Bion genere quidē boristhenites fuit. Quibus vero sit ortus parētibus & q̄bus ex rebus ad philosophiā se contulerit: ipse Antigono aperuit. Cū. n. ille sciscitare quisnam: vnde vbi illius esset patria atq; parētes: sentiēs se vituperatū ēē apud regē atq; ideo sic locutū ad illū ait. Pater quidē meus libert⁹ fuit cubito se tergēs. Significabat aut̄ illū succidiā & lardum vendere. Boristhenites genere nō habēs faciēs: sed in facie scripturā acerbissimi domini: mater aut̄ quā hmōi ducere potuit. Deīde pater nescio quid in rē republicanorū cōmittens cū tota domo venūdatus est. Me adulescētulū haud ignauū vel ingratum orator quidam emit. Is moriens mihi omnia reliquit. Ego tabulas ipsius exurēs cūctasq; conscindēs athenas concessi: ibiq; philosophatus sum. Hoc mihi genus ē: ista progenies: ista habui quæ de me dicerē. Desināt igit̄ Perseus ac philonides ea historiæ tradere: me aut̄ ex me ipso intueri & erat sane Bion alias versatili ingenio: & sophista callidus: puerq; circa philosophiā se exercere volētibus occasione p̄buerat. In quibusdā vero lenis &lympidus fastuq; perfrui valēs. Cōplura aut̄ tē reliquit cōmentaria: sed & sentētiās vtiles & graues: vt illud: Cū sibi probro dare. q̄ adolescentē nō sibi vēdicasset non. n. inq̄t possibile est mollē cascū hamo attrahere. Interrogatus aliqñ quisnā anxietate maiore detinet: ille inquit qui se maxime cupit ēē felicē: & quietum. Rogatus an ducēda esset vxor? refertur. n. & ad hūc stud: siquidē ait turpē duxeris. poenā habebis: sin aut̄ formosam cōis erit. Senectutē malorū oīum portum asserbat: siquidē ad ipsam cūcta confugere: gloriā annorū esse matrem: pul-

chritudinē alienū bonum: diuitias neruos regē. Ad eum q̄ fundos suos vorauerat: terra inquit Amphiarauum absorbuit: sed terrā tu. Magnū aiebat malum esse ferre nō posse malū. Arguebat eos qui hoīes quasi sine sensu essent exurerent: eosq̄ veluti sensu preditos adurerent. Dicebat aut̄ iugiter optabilius esse speciē alteri largiri suā: q̄ alienā petulāter ambire. Corpore quippe atq̄ aīo lēdi qui id fecisset. Sed & Socratē in ius vocabat dicens. Nā siquidē alcibiade vti potuit & abstinuit: inanis fuit sin vero nō valuit: nihil magnū fecit. Facile esse dicebat ad infernū viam: clausis. n. oculis illuc iri. Alcibiadē culpans dicebat illū dum esset adulescēs viros ab vxoribus: iuuenē vero vxores a viris abduxisse. Rhodi atheniēsibus ad oratoriā se exercentibus philosophiā ipse docebat. Causante quodā cur ita faceret. Frumēta inquit attuli: & ordeū vēdo. Dicebat eos q̄ essent in inferno magis p̄fecto cruciādo: si integris q̄ si p̄foratis vasis aquas ferrēt. Orante se verboso quodā: vt sibi opē ferret: satis inquit tibi faciā: si qui p̄cetur p̄ te ad me miseris: ipse quoq̄ non veneris. Nauigās cū pessimis hominibus in latrones incidit. Dicētibz illis peribimus si agnoscāmur: at ego inqt nisi agnoscāmur. elationē eē asserebat p̄fectus ipedimētū. Ad diuitē auarū nō inqt hic substātiā possidet: sed ab ea ipse possidetur. Tenaces itaq̄ aiebat opū vt suarū h̄re curā: verū ex eis vt ex alienis nihil cape vti litatis. Fortitudine inquit cū sumus iuuenes vtimur: at cū senescere īcipimus prudētia vigemus. Tātum vero prudētiā a uirtutibus ceteris differe asserebat. quantū uisum ab alijs sensibus. dicebat nō esse exprobrādā senectutē: quipe ad quā oēs puenire cupimus. Inuido cuidā subtristi nescio inqt utrū tibi malū: an alteri bonū cōtigerit. Impietatē pessimā eē dicebat cōtubernalē fiduciē: in seruitutē enī virū redigit. quātū libet ille ore audax ac liber sit. amicos qualescūq̄ sit oportere seruari: ne videamur vel malis vti vel deuotare bonos. Is in principio qdē academiae īstituta aspernabat: quo tēporē Cratistis auditor erat: deīde Cynicū eligit institutū sūpto pallio & pera: Nā qd illū aliud ad eā aī cōstātiā traduxit. Demū vero se ad theodoria trāstulit: Theodoria thei auditoriū frequētās: q̄ oī orōnis genere vti solebat ī dicēdo. Post hūc vero theophrastū pipareticum audiuit. Erat aut̄ & spectaculorū studiosus: risūq̄ mouere auditoribus maxime pitus grauib⁹ noīb⁹ aduersū res vtens. Quia vero orōnē suā oī dicēdi generē tēperauerat. aiūt Eratosthenē dixisse de illo. Primus omnīū Bion philosophiā vario orationis floret vestiuit. Erat illi item & faciendis versib⁹ ingeniū p̄cipue accōmodatū. Ei⁹ sunt illa. O pater archyta & cetera. Sed oīo & musicā & giometriā p̄ ludo habuit. apparatus quoq̄ magnifici ac preciosi erat studiosus. atq̄ ideo ex urbe ī urbē saepe migrabat. Saepē sibi ex arte moliebatur. Rhodi deniq̄ nautis p̄suasit vt sūpta scholarī veste se sequerētur: cūq̄ his ingressus gymnasiū cōspicu⁹ fuit. cōsueuit & adulescētes sibi ad optare: vt eis & ad voluptatē abuteretur: & ab eorū beniuolētia p̄regeret. Sed & sui vehementer amans fuit: semperq̄ illud sibi in ore erat: amicorū cūcta coīa sūt. Idcirco & nemo illius discipulus īscribitur: cū tot habuerit sui auditores. Quosdā vero ad impudētiā p̄uexit. Vnde & butio vnus ex familiarib⁹ suis aliqn̄ ad menedemū dixisse fertur. Egdēo Menedeme noctu bioni cōiungor: nihilq̄ idignū mihi passus videor. Multa ēt scelestius cōgredientib⁹ colloquebat. Hoc aut̄ ex ipij Theodori disciplina hauserat. Postremo incidēs in malā valetudinē: vt dixerunt q̄ erant in chalcide illic. n. & vitā finiuit: ligaturas suscipe īductus ē: & p̄nitentiā agere sup̄ his q̄ peccarat in deū. Eorū vero inopia quibus īfirmorū cura erat dire cruciatus est: quoad antigonos duos illi famulos misit: secutusq̄ est eum in sella: vt Fauorinus tradit in omnimoda historia: sed hic quoq̄ vita excessit. Illum nos ita accusati sumus: biona horistenitē. refert scythica tellus dixisse: audimus deos q̄ vere nihil sūt: ac siquidem id dogma tueri p̄stitisset me

rito dicendus esset sensisse vt visum esset: & si male visum esset: tñ at nunc longo morbo tabescens: ac mori pertinescens qui deos non esse dixerat: fanumq; nō viderat: mortalibus quib; illudebat viris dum dijs immolarent: non modo gratis super ararum ac mensæ nidore deorum hostijs admouit nares: nec modo peccauit dixit: vetera diluit: sed & anui collum facile porrexit excantandum brachiaq; ligaturis persuasus deuinxit rhamnumq; & lauri ramum ianuæ imposuit. cuncta perpeti magis q̃ mori paratus. Stultus qui mercede cupijt deum redimere: quasi tunc dij essent: cum illos Bion astimare vellet. Ergo nequicquam sentiens cum lembus erat Carbo totus: tendensq; manum ita ferme ait. Salue inquit Pluto salue. Decem vero Biones fuere. Prim⁹ qui pherecydi syro contēporaneus fuit: cuius duo feruntur libri: est autem proconneus. Secundus Syracusanus qui artes rhetoricas cōscripsit. Tertius hic ipse. Quartus ex Democriti familia & mathematicus Abderites qui attice scripsit & ionice. Hic prior esse dixit regiones quas dā vbi esset sex mensiū nox & totidem dies. Quintus solēis qui cōscripsit athiopica. Sextus rhetoricus cuius ferūturi libri nouem: musag inscripti. Septimus lyricus poeta. Octauus Milesius sculptor: cuius & Polemo meminit. Nonus poeta tragicus ex his qui tarsici dicuntur. Decimus itidem sculptor clazomenius siue Chius: Cuius & Hipponax meminit.

¶ Lacydes Cyrenæus.

I Acydes Alexandri filius Cyrenæus nouæ academie princeps. Arcefilaic⁹ successor fuit: vir eximia seueritatis: habuitq; instituti sui non paucos amulos. Fuit ab adolescētia summe studiosus: & pauper quidem: sed gratus admodū atq; in sermone iucundus. Aiunt eum & circa rem familiarem dulcissime se habuisse: cum ex penu promere quicquam voluisset ob signato aditu rursus annulum per foramen intus iacebat: vt nihil inde ex reconditis rebus tolleret. Id cum animaduertissent famuli resignabant quę signata erant & quę voluissent inde tollebant. ac deinde annulum in porticū per rimā immittebant. Idq; cum saepe facerent nunq̃ deprehēdi potuerunt. Lacydes igitur academie scholam habebat in orto: quem Attalus rex fieri curauerat: Lacydiūq; ab ipso appellatus est: solusq; ex omni memoria iuuenis phocensib⁹ Telecli & Euandro scholā tradidit. Porro Euandro successit Helgesinus pergamenus: a quo carneades. Lepidū vero illū ad Lacydē refert. Attalo. n. dēiq; illū ad se accersente dixisse fertur imagines procul esse intuēdas. Sero autē geometriæ danti operā ait q̃spia certe ne nūc tēpus certe ne nūc quidē? Obijt autē cū scholā regere cōpisset: quarto āno cētesimæ trigemæ quartæ olympiadis. xx. & sex annis in scholę regimine cōsumptis: mortu⁹ ē autē ex paraly si quā ex imodica potatione incurrerat: Et nos de illo ita cecini

(mus.

Exceptum stygias traxeris vsq; domos.

Planum est q; bacchus penetrat cum corpora multus

Soluit ea: iccirco nil satus est bromius.

¶ Carneades.

c Arneades Epicomi siue vt Alexander in successionibus tradit. Philocomi filius cyrenæus: hic Stoicorum: & Crisippi libris diligentissime perlectis eis modice reluctabatur: adeoq; id verecunde faciebat: vt id sapius diceret: nisi Crhysippus esset: non essem ego. Fuit autē vehementer studiosus: porro physicæ minus curam habuit: ethicæ se magis deuouit. Quo circa & casariam & vngues nutrebat præcipua intentione studiorum. Adeo autem in philosophia vixit tantumque

sibi in ea neruorū comparauit: vt oratores quoq; in ipsius scholis ad eum audiendum pergerent. Erat autē illi & vox maxima & præcipue sonora: adeo vt gymnasiij princeps ad illum mitteret: ac ne ita clamaret admoneret. Ad quem ille: da vocis modum inquit: Et ille sapientissime sane cōgrueq; respondit: modū. n. habes ait auditores. Acriter autem inuehebatur: atq; in questionibus erat: in superabilis. Cœnas autē ob causas prædictas iam declinabat. Hic aliquādo cū mentor Bithynus discipulus atq; auditor suꝝ pellicē suam adamaret. ut Fauorinus refert in omnimoda historia: inter dicendum ita in illum iocatus est. Versatur hic senex quidam inanis futilis Mentori corpore atq; voce simillimus. cum hac schola abdicari placet: at ille continuo exurgens intulit hæc illi dixeret: concite isti surrexerunt: durius autem videtur circa finem versatus esse cum sepius diceret quæ constituit natura & compegit ea & dissoluet. Cum autem didicisset antipatrum veneno hausto defunctum: & ipse incitatus est ad audendum cōtra mortem. aitq; suis: date igitur & mihi. Qui cum dicerent quid: ait multum: Defuncto autem illo defectionem lunæ factam aiunt: vt compati sibi videri possit. Pulcherrimum post solem sydus refert Apollodorus in chronicis humanis cū excessisse rebus olympiadis centesimæ sexagesimæ secundæ anno quarto. cum vixisset annos octoginta quinque. Feruntur eius epistolæ ad ariathem Cappadociæ regem reliqua ipsius conscribere discipuli: ipse enim nihil reliquit: Est autem & in hunc nostrum epigramma logadico & archabuleo metro:

Quid me carneade: quid me musa vis arguere:

Indocilis qui nihil vidit quod metuerat mori.

Quando & phthisicum olim habens pessimum morbum

Noluit solutionem habere: sed audiens q̃ venenum

Antipatrus libens extinctus est: date igitur

Inquit & aliquid & mihi bibere.

Quid tamen? quid date mulsum valdeq;

Habuit prompta hæc natura continens me.

Et dissoluetur iam: & hic quidem nihil minus

Cessit sub terram: dicebat autem plura

Mala lucra habente ire ad Plutonium.

Fertur ei lumina calligine offendi solita: ipso nihil aduertente: tubereq; solitum puero

lucernā accendere: quam ille cū intulisset: ac diceret attuli: respondere cōsueisse lege igit.

Huiusce alij complures fuere discipuli: sed excelluit oibus. Clitomachus: de quo etiam subsequenter dicendum. Fuit & alius Carneades elegiæ poeta pagæ probatus.

¶ Clitomachus.

Litomachus carthaginensis patriæq; lingua Asdrubal appellabatur: in qua etiam apud suos philosophari consueuerat. Athenas autem contendit quadraginta annos natus: audiuitq; Carneadem. Eius ille industriam animaduertens litteras doceri fecit: ac studiose imbuuit virum: Ad tantum autē peritiæ peruectus est: vt ultra quadraginta volumina scripserit: successeritq; Carneadi. cuius etiam dicta maxime illustrauit litteris. Versatus est autē in tribus maxime sectis: academicorū: scilicet peripateticorū: atq; stoicorū: Porro academicos ita fere laceffit: Timō neq; academicorū latiloquentiæ inutilis. Hactenus de academicis: qui a Platone fluxere diximꝰ: veniendum iam ad peripateticos: & eos a Platone venientes: quorū fuit princeps Aristoteles: & primo de ipso dicendum.

¶ Laertij Diogenis Liber quintus Incipit.

¶ Aristoteles.

Ristoteles nicomachi Phæstiadisq; filius stagirites fuit. Porro Nicomachus a Nicomacho Macaonis filio Aesculapij; nepote originem duxit: vt Hermippus in eo libro quem de Aristotele scripsit tradit: eratq; carus imprimis Amynthæ macedonum regi medicinæ: & amicitia gratia. Hic inter oīs Platonis discipulos maxime excelluit: voceq; gracili vt Timotheus atheniensis in libro de vitis refert: & exilibus cruribus paruisq; oculis fuit. veste insigni: & annulis: ac tōsura vtens. Natus est aut illi & filius Nicomachus ex Herpylide pellice: vt Thimotheus ait: Recessit a Platone dū adhuc supiueret. Vnde dixisse illū tradunt. Aristoteles in nos recalcitrauit nō secus atq; in matrem puli geniti. Refert Hermippus inuitis cū atheniēsiū legatus ad Philippū profectus esset Aristoteles: achademice scholæ præfectū fuisse Xenocratē. Cū vero reuersus eēt: scholāq; sub alio vidisset: elegisse in lycio peripatū: illicq; vsq; ad vnctionem deambulando cū discipulis philosophari solitū: atq; inde peripateticū appellatum esse. Alij idcirco si vocatum asserūt: q; ex egritudine cōualescenti: ac deambulati alexandro assistens quēdā differere soleret. Vbi vero iam plures esse ceperāt sedens docebat dicēs turpe cēreticere: Xenocratē vero loq; permittere: ad ppositā quæstionē discipulos vna exercebat simul & oratoriam docēs. Deinde ad Hermiā eunuchū profectus est Atarnensiū tyrānum. quem alij quidē pēdica ipsius fuisse tradūt. Alij vero sibi affinitate iūctum: tradita ei filia siue nepte: vt refert Demetrius magnesiū in libris de poetis ac scriptoribus æquiūocis. qui & Eubuli seruū Hermiā fuisse ait bithyniū genere: quē & dominū suū enecasse. Porro Aristipp⁹ in primo de antiqs delicijs libro Aristotelē ait Hermiæ pellicē adamasse. quā ille cū sibi permisisset: duxisse eā & gaudio elatū imolasse mulieri: vt atheniēses Eleusina Cereri Hermiæq; pæana scripsisse: q; εν Δομ hoc est intus scriptus ē. Hinc iā in macedonia apud Philippū vixisse. Atq; ab eo Alexādrū filiū erudiēdum accepisse petisseq; iustaurari solū patriū a Philippo versū. Id vbi impetrasset dedisse illis leges In schola quoq; leges tulit imitādo Xenocratē. vt decēdialē pīcipē faceret. Vbi vero Alexādro instituēdo satis visus ē nauasse opam: eūq; sibi deuinxisse cōmēdāto illi cognato Callisthene Clynthio athenas cōcessit. Eū audacius q; par erat alloquēte regē & minime illi obsequēte ab ipso icrepitū asserūt: versu admonēte ni talia loq; desisteret: mature pitusq; quod & factū ē. Nāq; Hermolao in alexādrū isidiæ socius fuisse deprehēsus cauea ferrea circūduci pædore atq; squallore oblit⁹ leoni postremo obiectus ē: sicq; excessit e vita. Eniūero Aristoteles athenas pfectus: cū illic tredecim annis docuisset. clā in chalcidē cōcessit: q; ab Eurimedōte hierophāra impietatis accusatus eēt: siue vt Fauorinus ait i oīmōda hūitoria a Demophilo: q; hymnū i eū quē p̄dixim⁹ Hermiā scripserit: Epigrāmaq; statua q; i delphis ē nouū iciderit. Improbe pemit. Per Rex persæ flexis trāsmittere spicula docti
Arcubus: est ausus ius violare sacrum.
Perdidit hunc astu diro certamine victor
Vfus fallacis credulitate viri
Hic vero vt ait Eumolus in qnto historiæ aconitū bibēs mortuus est septuagesimo ætatis āno. Idē vero refert ipsū Platonē triginta annorū se in disciplinā dedisse: sed pfecto fallitur. Namq; septimo decimo ætatis anno Platonē audire cōepit. Est aut hymnus huiusmodi. Virtus laboriosa mortalibus vitæ pfecto præclara & cetera.

Virtus difficilis maximus & labor
Humano generi nobilis: optima
Tu venatio vitæ
Es mortalibus omnibus
Nam propter speciem tuam virgo mori
Nimirum celebris casus & inclyta
Est in grācia: & altis
Se præstare laboribus.
Talem tu iacis in pectora nobilem
Fructum: perpetuo tempore qui manet.
Auro tu melior: tu es sōno & genitoribus.
Lædæ cum pueris amphitrionides:
Causa virgo tui tristitia duraq;

Passi: multa tulerunt
Gestis dum tribuunt opus.
Et desiderijs acides tui
Aiaxq; in stygijs incolumis domus
Descendere tyranni
Exorabilis haud quidem
Formæ causa tuæ virgoq; atarnai
Phœbeo miserum lumine filium
Priuauit carmine certe:
Quo semper celebrabitur
Ipsū mnemosine progenitæ canēs
Sacrę pierides laudibus & Iouem
Augent quæ quoq; xenion
Cordis firmaq; præmia.

Primam hunc orōnem iudicialē pro seipso scripsisse: cū huius criminis argueretur. Fa-
uorinus in oīmoda historia auctor est ac dixisse athenis pīx super pīro ficumq; sup fi-
co senescere. Ait autē Apollodorus in chronicis natum illū āno primo nonagesimæ no-
næ olympiadis: perrexisseq; ad Platonem septimo decimo ætatis anno: annosq; vigin-
ti apud eum fuisse cōmoratum. Tum vero venisse mitylenē pīcipe Eubulo quarto an-
no centesimæ octauæ Olympiadis. Veq; Platone primo anno functo vita sub Theo-
philo profectū esse ad Hermiā: mansisseq; annos tres. sub Pythodoto autē se contulisse
ad Philippū secundo anno centesimæ nonæ Olympiadis Alexādro quintū decimū
iam annum ætatis agēte: Athenas vero concessisse secūdo anno centesimæ vndecimæ
Olympiadis: atq; in lycio tredecim annos docuisse: ac demū perrexisse chalcidē tertio
anno cētesimæ quartæ decimæ Olympiadis: morboq; perisse: cum esset annorū ferme
sexaginta trium: quo ē tpe Demosthenes in calabris defunctus sit sub Philocle. Fere
autē ob Calisthenis insidias in Alexādrum infensum fuisse regi: illumq; ad eum contri-
standū Anaximenem extulisse: ac misisse Xenocrati dona. Obiurgauit eum epigram-
mate Theocritus chijs: vt ait Ambrion in libro de Theocriti vita: in hūc sensum. Her-
mię eunuchi simul atq; eubuli serui Mausoleū struxit vanus Aristoteles: Timō quoq;
sic illū agit. Neq; Aristoteles vaniloquijs miserandis. Hæc vita philosophi fuit. Cæte-
rum nos ipsius quoq; testamēta legim⁹ in hūc ferme modū. Bene quidem ac rite erit.
Quod si quid cōtigerit ita legauit Aristoteles. Curatorem quidem oīum & per oīa ius-
sit esse antipatrū. Quoad vero Nicanor adoleseat: curatores ac tutores instituit Ari-
stomenem: Timarchū: Hipparchū: Cliotelē & Theophrastum si voluerit: ac si possi-
bile fuerit: filiorū & Herpylidis rerūq; omnium. Cumq; puella fuerit matura viro tra-
di illam Nicanori. Sin vero puellæ quippiam contigerit: quod absit: vitæq; prius q̄ cō-
nubio iungatur: siue ē postquā nupserit ante q̄ filios procreet: excesserit: Nicanor do-
minus esto: vt & de puero & de cæteris digne nobis ac se disponat. Curet autē Nicanor
& de puella & de puero Nichomacho: nihil vt illis desit: pīs ac fratris vna implēs mu-
nus. Quod si Nicanori quidpiā contigerit: quod absit: siue priusq; puellam duxerit: si-
ue postq; duxerit: nūdum filijs natis: quæ quidem ille instituerit ea rata sunt. Sin autē
voluerit & Theophrastus puellæ curā habeat. Sin alias curatores habito cū Antipa-
tro cōsilio & de puella & de puero disponāt: vt eis videbit⁹ optimū. Curam autē habeāt
tutores & Nicanoris mei: & Herpylidis memores: namq; erga me studiosa plurimū
fuit cæterorūq; oīum: & si vix accipere voluerit curēt: ne indigne nobis locet. Deniq;

illi præter ea quæ antea acceperat de nostra substantia talentum argenti tresq; si voluerit famulas & ancillâ quam hêt & pyreum puer. At si qdem i chalcide habitare voluerit: hospitium qd' penes ortu est: sin aut in stagiris paternam domum. Vtrum vero horum maluerit: studeat procuratores domum ita necessaria supellectile instruere: vt & sibi honeste & Herpyliidi sufficenter instructa videat. Curæ sit aut Nicanori & Mirmecæ puerum non indigne nobis ad suos referri cum eius quas cepimus facultatibus. Sit aut & Ambracida libera: cumq; puella viro tradet: quingentas illi dragmas ancillamq; quam habeat dari iubeo. Sed & thalæ præter ancillam quam hêt emptam dragmis mille: & ancillulam. Simmo quoq; absq; priore pecunia in puerum alium siue pueri emi siue pecuniam dari Tachonem esse libere cum puella nupserit Philonemq; & Olympium eiusq; filiolum. Porro eorum qui mihi famulant: pueros nullum venire volo: sed heredes eis uti. Cum vero adulti erunt pro merito dimitti liberos volo. Curent ite vt consumant quæ Grillioni sunt tradite exculpæ dæ imagines: Vbi vero perfectæ erunt: suis imponant locis. Nicanoris quoq; ac pæxeni quam sculpendam cogitabam matrisq; Nicanoris. Arimnesti vero quam perfecta est suo statuatur loco: vt sit ipsius monumētum: quia sine liberis defunctus est. Matris quoq; nostræ Cererem in nemea locet aut ubicumq; videbit. Vbi vero tumultum fecerit: ibi & Pythiadis sublata ossa condant: sicut ipsa præcepit sistat: & seruari nicanoris votum quod pro illo vouimus aiaha lapidea cubitorum quattuor Ioui seruatori ac Mineræ seruatrici i stagiris. Hæc testamentorum ipsius series fuit. Fert aut ollas plurimas repertas esse Lyconemq; dicere illum in pelui calentis olei lauari solitum oleumq; vendidit. Quidam vtrâ calentis olei stomacho illum imponere consueuisse tradunt: & cum se ad quiescendum componeret: aream spatram tenere in manu patella subiecta eo consilio: vt cum dormientis manu excussa spatra i subditum cretum uas incidisset sono illius excitus exurgeret. Eius esse præclaras istas sententias legimus. Interrogatus quidnam mendaces lucrarent: vt cum vera inquit dixerint: non illis credat. Cum sibi probro daretur: quod neq; homini misericorditer tulisset opem: non inquit mores miseratus sum: sed hominem. Amicis ac discipulis iugiter ista consueverat dicere ubicumq; moraretur. Aspectus quidem a continenti aere lumen accipit: animus autem a disciplinis liberalibus. Sæpenumero cum in athenienses inucheretur aiebat illos frumenta & leges inuenisse verum frumentis quidem uti: non autem legibus. Studiis liberalium amaras radices: fructus autem dulces esse asserbat. Rogatus quoniam cito consenesceret: gratia inquit. Quid sit spes: vigilantis ait insomnium. Diogeni sibi caricam dante cogitans nisi acciperet usum esse meditatam sumens Diogenem usum ait cum carica usum perdidisse. Rursus ab eo porrectam accipiens atq; puerili more in sublime eleuans cum dixisset magnus Diogenes eam illi reddidit. Tria dicebat pueris esse necessaria: ingenium: exercitationem: disciplinam. Audierat aliquando se quodam maledictis esse laceratum: Tum ille absentem inquit et verberet. Dicebat pulchritudine plus quam epistolas omnes valere ad commendationem. Plerique Diogenem ita statuisse asserunt: ipsum aut donum formæ dixisse: Socratem vero modici temporis tyrannidem: Platonem naturæ priuilegium: Theophrastum tacitam deceptionem: Theocritum vero eburneum detrimentum: Carneadem regnum solitarium. Rogatus quo differrent docti ab indoctis: quo inquit viuentes a mortuis: Eruditionem dicebat inter prospera esse ornamentum: inter aduersa refugium: Parêtes qui liberos erudiendos curassent longe honorabiliores esse his qui solum genuissent: hos. n. viuendi tempus: illos et bene beateq; viuendi auctores esse. Gloriati cuidam quod magnæ esset urbis ciuis: noli inquit hoc attendere: sed an dignus sis magna & illustri patria inspicere. Rogatus quid sit amicus: vna inquit anima in duobus corporibus habitans. Hominum plerosq; dicebat ita esse peccos ac si semper

victuros: alios tam pdigos ac si continuo morituros. Percontanti cur honesta forma
præstâtibus diutius cōgredimur: cæci inquit huiusce interrogatio ē. Rogatus quid ex
philosophia lucratus fuisset: hoc inqt vt iniustus ea faciā: quæ pleriq; per legum merū
operant. Interrogatus quo pacto discipuli egregie pficerent: Si excellētiore ait pfer
quētes tardiores nō attendāt. Loquaci hoī cum illum iprobe pbris multis obtudisset
mis neq; disciplinis indigētem: sapiētemq; sibi ipsi sufficere. Sua quippe esse quæ aliogē sunt oīa: Gloriæ priuationē bonū esse labori simile: sapiētem non sū cōstitutas leges victurum: sed iuxta virtutis normā: ducturumq; vxorem procreandorū liberorū causa: formosissimisq; cōgressib; mulieribus atq; amatur. Solum quippe scire sapiētem quānā sit amanda. Inscribit illi Diocles & ista. Sapiēti. n. peregrinū aut nouū nihil: neq; indignus est q̄ ametur vir bonus. Studiosi amici sunt facere qui animosi vna & iusti sunt. Virtutē arma eē quæ tolli non possint. Praestat cū paucis bonis aduersus malos oēs: q̄ cum multis malis aduersus paucos pugnare. Sollicite obseruare inimicos: primi. n. peccata sentiūt. Iustū virum pluris faciendū q̄ propinquū. Viri: ac mulieris virtus eadē. Bona pulchra: mala esse turpia. Iniqua oīa aliena puta atq; peregrina: murū tutissimū prudētiā esse: neq; .n. decidere neq; prodire: mētia struēda in nostris inuolabilibus cogitātibus. Disserebat aut in gymnasio qd cynosarges appellat non longe a ianuis. Vnde quidā cynicā sectā appellatā volūt: ip̄e q; cognominabat Haplocyō ac prim⁹ palliū vt ait Diocles duplicauit: ip̄oq; solo utebat: baculūq; sumpsit ac peram. Primus aut & Neāthes tradit simplicis quoq; pallij vsū habuisse. Porro Socrates in successiōnū tertio. Diodorū aspēdiū: & barbā dimisisse: & baculo: & pera vsū esse ait. Hūc solū ex oībus Socraticis Theopōpus laudat dicēs fuisse acutissimū & ex suauitate colloquij quēlibet capere ac traducere quo vellet: Liqueat id aut ex libris suis: atq; ex illo Xenophōtis symposio: videturq; & virilis sectæ stoicæ princeps fuisse. Quo circa & atheneus poeta epigramatū sic de illis ait. O stoicaz rex peritio: qui praeclara dogmata sacris paginis imposuisti virtutē vnicū animæ bonū. Hac. n. sola virorū & vitā liberauit & vrbes. Carnis aut amicam voluptatē finem viris alijs vna memoriæ peregit filiarū. Hic & Diogeni trāquilatē: & crati continētia: & Zenoni tollerantiā dux & auctor fuit ip̄e qui ciuitati fūdamēta subiecit. Enimvero Xenophō suauissimū in colloquio fuisse ait: atq; in rebus alijs continentissimū. Ferunt & ip̄ius scripta tom. .x. Primus i quo de dictiōe siue de figuris: Ajax siue ajacis oratio. Vlyxes siue de Vlyxe. Orestis defensio: de causidicis. Isographæ siue desias siue Isocrates. Aduersus Isocratis. αὐαρυρον. In secūdo tomo de animalū natura: De procreatiōe filiorū: siue de nuptijs: siue amatorius. De sophistis. φυσιογῶμονικος. Exhortatorius primus: secundus: tertius: de Theognide. v. Tomus tertius: in quo de bono: de iusticia: de fortitudine: de lege siue de republica. de lege siue honesto & iusto. de libertate & seruitute. de fide: & curatore: de interrogatiōe: de victoria: æconomicus. In quarto tomo Gyrus. Hercules maior siue de fortitudine. In qnto tomo Cyrus siue de regno aspatia. In sexto tomo veritas. De diferendo. ἀντιδογικός. Sathō de cōtradictiōe. iij. de locutiōe. In septimo tomo de disciplina: siue de noībus. v. de moriēdo. De vita & morte: de his quæ sunt apud inferos. De vsu noīum: siue contētiosus: de interrogatiōe & responsiōe de opinione & sciētia quattuor: de natura duo: Interrogatio de natura duo. Opiniōes siue cōtētiosus: de adiscēdo pblemata. In octauo tomo de musica: de expositoribus: de Homero: de iniusticia & impietate. de Calchātē: de exploratore: de voluptate. In .ix. tomo de odyssēa: de virga Mineruæ: siue de Telemaco: helena & Penelope. De Proteo. cyclops: siue de Vlyxe: de vini vsu: siue de ebrietate: siue de cyclope: de Circe: de āphiarao: de Vlyxe & Penelope: de cane. In .x. tomo hercules: siue Midas: hercules. siue de prudētia: siue de fortitudie. Dñs siue amās. Dñs siue exploratores. mēxenus siue de ip̄erio. Alcybiades. Archelaus siue de regno. Atq; ista quidē scripsit. Tīmō aut ob multitudinē eorū quæ scripsit increpās illum ingeniosum nugatorē cum dixit. Obijt morbo quo tēpore diogenes ingressus ad illum dixit. Num amico opus

est: Aliquando item intrauerat siccam habens ad quem ille cum diceret: quis me doloribus absoluet: ille ostensa sicca hæc inquit: & ille doloribus dixi nō vitæ: videbat enim ferme mollius præferre morbum præ amore vitæ.

Est tibi vita causis mordaci natus in ore:

Non rñ vt rabido pectora dente petas.

Phthiusicus extinctus: forsan quis dicere posset.

Cōuenit ad stygium flumen habere ducem.

Fuerunt aut & alij antisthenes tres. Vnus de schola Heracliti: Ali⁹ ephesius. Tertius rhodius quidam historicus. Qm̄ vero eos qui ab Aristippo fluxere: ac phædone trāse-
gimus: agnūc illos q̄ ab antisthene venerūt: cynicos: ac stoicos hoc ordie adijciam⁹:

¶ Diogenes.

Diogenes Icaelij Mensarij filius Synopeus fuit. fugisse illum cū pater eius publice mēsam haberet: ac falso pecuniā signaret. Diocles auctor est. Porro Eubulides in libro de diogene diogenē ipsum hoc fecisse ait atq; cū patre vna pulsum fuisse. Ipse quoq; in pordalo de se ipso ait falso signare monetā. Quidam vero eū cū curator effectus esset: persuasum ab opificibus aiūt venisse delphos: atq; delū in patriam Appollinis. percōtatumq; esse an id ageret quod ei suaderet: quod cum sibi permissum esset de ciuili moneta æs adulterasse: depræhēsūmq; vt quidā volūt: exilio dā natū esse: vt aut alij putant: mœtu perterritū sponte patriam liquisse. Sūt qui dicant illum a patre acceptā pecuniā adulterasse: atq; illum quidē i carcere diem obisse: hūc autem effugisse: profectūq; delphos sciscitatū esse nō vtrum pecuniā falso signaret: verum quid faciēs clarissimus futurus eēt: atq; ita hoc oraculū cœpisse. Cū vero athenas cōcessisset: conuenit antisthenē. Eum ille cū repelleret. quippe ex cōstituto suo neminē recipiebat: vicit per seuerātia sua. Illo siquidē aliqn̄ intentāte baculum: subiecto capite cede inquit. Non. n. ita durę baculum reperies: qui me abs te quādiu aliquid dixeris arce-
cere possit. Hic iam auditor illius factus est: ac veluti profugus ex patria se ad victum simplicem cōtulit. cōspecto: vt Theophrastus ait in megarico mure discurrente: q̄ neq; cubiculū inquireret: neq; tenebras reuereretur: neq; aliquid eorū quæ ad vescēdū idōnea viderētur appetere: vnde & casus suos cōsolatus est. Palliū vt quidā volunt. prim⁹ duplicē in vsu habuit: ob necessariū vsū: vtq; illo se dormiēs obuolueret peraq; tulit i qua & cibos ferebat: omniq; ad oīa vtebatur loco & prandēs & dormiens: & loquens: Quo circa & atheniēsēs aiebat Iouis porticū ostendēs sibi cōdidisse habitaculum. Ac baculo quidē primū imittebatur: cū infirmus esset: deinceps aut eum semper ferebat: non quidē in vrbe: sed inter agens: ipsumq; ac perā: vt refert Athenodorus atheniēsiū princeps: & Polyeuctus rhetor & Lysanias aschryonis filius. Cum aut ad quendam scripsisset: vt sibi pararet cellulam: & ille tardius id exequeret: doliū quod in metroo erat p̄ domo habuit: sicut & ipse in epistolis scribit: atq; æstate quidē sese in feruida arena voluptabat: hieme vero statuas niue perfusas cōplectebatur: omni ex parte seipsum ad laborū tolerātiā exercēs. Acer item erat in despiciēdis alijs. Vnde & Euclidis scholam alludēs ad nomen cholen. i. bilem appellabat: & Platonis auditoriū consumptionem: Dionisiaca & certamina magna miracula stultorū dicebat: oratoresq; turbæ ministros: dicebat autē cum intueretur in vita gubernatores medicos atq; philosophos: aīalium oīum sapientissimū hoīem esse. Cū aut inspiceret somniorū interpretēs coniectores vates vel huiusmodi ceteros: vel qui gloriæ: aut diuitijs addicti essent: tunc de mum nihil se inanius existimare hoīe aiebat: arbitrari se in vita sapius parādum verbū q̄ laqueum. Intuitus aliquādo Platonem in cōuiuio magnifico: gustātem oleas: quid

inquit sapiens vir in Siciliam huiusmodi mensuram grā pfectus appositis modo non frueris: Et ille at Hercules inqt Diogenes & illic oleis & reliqs eiusmodi pluribus vescabar. Et ille qd inquit Syracusas nauigare oportebat: an tunc attica oleas nō ferebat: Pauorinus in oīmōda historia aristippum hoc dixisse tradit: aliasq; caricas comedens obuiauit illi: dixitq; licet tibi degustare q cum acceptas edisset: degustare dixi: non de uorare. Calcans ipsius aliqn stratum: presentibus dionisij amicis quos ille inuitarat dixit: Calco Platonis ināne studium: ad quem Plato: quāto inquit o Diogenes fastu tu mes: dū superbiam te calcare putas. Alij Diogenem hoc dixisse ferunt. Calco Platonis fastū: illumq; respondisse: at fastu alio diogenes. Porro Sotion in quarto refert hoc illi dixisse Platōem cynicum. Vinum aliqn postularat ab eo diogenes atq; caricas. At ille Lagenam itegram misit: ad quē Diogenes inquit: siquidem rogatus fueris duo & duo sunt: respondes viginti: ita neq; sū ea quā posceris das: neq; ad quā rogaris respōdes: obiurgabat aut illum vt verbosum. Interrogatus vbinam grēcī viros vidisset bonos: viros quidē ait nūq; sed lacedæmone pueros vidi. Cum serio qnq; loqueretur: ne moq; sibi intēderet: sese ad sonum musicum contulit. Congregatis autem ad se plurimis exprobrauit: vt q ad inepta studiosē concurrerent: ad ea vero quā grauiā essent & vtilia negligenter conuenirēt: Dicebatq; de fodiendo & calcitrando certare homines: vt autem boni & pbi fierent curare neminem. Grammaticos admirabat q cum Vlyxis mala requirerent: sua ignorarēt. Musicos itidē in ius vocabat: q cum lyræ cordas congrue aptarēt: animi mores incōcinos haberent. Sed & mathematicos carpebat: q solem & lunam & sydera intuetes: quē ante pedes essent negocia negligērēt. Oratores ēt agebat q studerent iusta dicere: non aut & facere. Cupidos quoq; q pecuniā vituperarent: ac summe diligerēt. Reprehendebat eos q iustos q pecunias cōtemnerēt laudabant: pecuniosos aut imitari satagebāt. Stomachabat eis qui p bona valetudine sacra facerēt: inter sacrificia cōtra sanitatē cōnarent. Seruos admirabat qui cum edaces homines cernerēt: nihil diriperent ciborū. Laudabat qui uxores ducturi fuissent & nō ducerent: & qui nauigaturi nō nauigarent: quiq; accessuri ad rēpu. minime accederēt: & qui pueros habituri in delictijs se cōtinerent: & qui se cōponerent ad conueniendum regibus: neq; tñ accederent. Dicebat manus ad amicos nō complicatis digitis extendi oportere. Refert Hermippus in vēditione diogenis: q captus ac venditus: cum rogarēt quid sciret agere responderit: scire se viris iperare: atq; ad praconem prædica inquit quisnam sibi dominū emere vult. Sedere phibitus nihil iquit refert: nam & pisces quomolibet iaceant emi. Mirari dicebat cū ollam quidem ac opculum non sine tactu ac tinitu emamus: solo in hoīe emēdo aspectu cōtenti sumus. Dicebat Xeniadæ emptori suo: ipsum sibi quāuis esset seruus obtemperare oportere. Nam & medicus & gubernator si seruus sit: vtq; sibi pareat. Eusebulus vero in libro q inscribit Diogenis venditio ita filios Xeniadæ instituisse ait post disciplinas reliquas equitare: arcus intendere: fundas rotare atq; iaculari. Deinde in palestra nō permittebat pedrotiue eos ī morem athletarū exercere: sed id roboris tñ & bonæ valetudinis grā. Tenebant vero pueri poetarū: ac scriptorū aliorū ipsiusq; Diogenis plura memoriter: oēmq; illis doctrinā rōnē vt facile memoria teneret: breuiter collectā insinuabat. Domi quoq; ministrare docebat cibo leui: ac vili cōtentos & aqua. Tonderi ad cutem faciebat: incōpositosq; deducebat: ac sine tunicis & calceis tacitos: ac se tñ in via intuentes. Educabatq; eos sed ad venationes. Econtra illi Diogenis curā habebant: parentibusq; cōmendabāt. Senuisse ipsum apud Xeniadē idem ipse auctor ē: ac vita functū a filiis eius fuisse sepultū. Vbi pcontāte Xenia de quō se sepeliri mallet. in facie inqt. Illo cām interrogante: qm iquit

post modicū in tēiora conuertenda sunt. Dixit autē hoc q̄a: macedones iam obtinerēt: atq; ex humilibus sublimes fierēt. Cū se quispiā in domū magnifico instructā apparatu induxisset: & spueret vetaret: posteaq; excreauit: in illius faciē sputa coniecit: deteriorē locū ubi spueret se nō inuenisse dicēs: alij aristippo id applicant. Cū: clamasset aliqñ heus hoīes: cōuenissentq; plurimi: virga illos agebat dicēs hoīes nō purgamenta vocaui. Ait hoc heccato in p^o de vsu. Alexādrū dx fle ferunt: q̄ nisi alexāder esset Diogenē se esse voluisset. Debiles dicebat nō surdos aut cecos sed īperitos vel q̄ perā non haberēt. Ingressus aliqñ semitōso capite conuiuiū iuuenū plagas rettulit. Postea noīa illorū q̄ se ceciderant iscribens circuibat ea prae se ferēs. Ita illis vicē contumeliā reddidit: dū reprahēdendos & obiurgādos oīb⁹ exposuit Dicebat se canē esse laudabilium: sed laudatorū neminē secū ad venandū exire prae sumere. Dicēte quodam viros se in pythia vincere. viros equidē inqt. sed tu mancipia. Cū diceret sibi: senex es: iā quiesce a labore qd. n. ait si in stadio currerē: ad finē oporteret cursum remittere: & nō magis intēdere: Vocat⁹ ad cēna affuturū se negauit: neq; n. sibi priore die gratiā decreuisse. Nudis pedib⁹ calcabat niuē: & alia q̄ prae dicta sūt: crudas itē carnes edere conatus ē: sed ī eo nō pstitit. Offendit aliqñ Demosthenē oratorē in diuersorio prandentē. Illo autē cedente: tāto inqt magis in diuersorio futurus es. Peregrinis aliqñ Demosthenē videre cupiētibus mediū intēdens digitū: hic ait vobis ē Atheniensīū orator. Panē ei ciente quodā & resumere erubescēte: corripe illū volēs: vrcei collū per figuli trahebat officinā: Imitari se dicebat chori magistros. Illos. n. tonū excedere: vt reliqui congruū tonū arriperent. Plurimos aiebat insanire pter digitū Si quis igit mediū digitū p tendēs p̄gat: insanire videbit: sin aut indicē nō ita: Quae sunt p̄ciosissima ea minimo vēire & ecōtra: Deniq; statuā tribus milib⁹ emī. farinae vero choenicē duob⁹ areis. Ei q̄ se emerat Xenīade dixit. Age vt qd̄ prae cipit facias. dicēte illo sup flumina p̄gunt fontes. At si medicū ait æger emissēs: nō illi obtēperassēs. sed dicerēs sup flumina p̄meāt fontes. Volebat quispiā apud se philosophari: cui ille pernā dedit: ac sequi se iussit. Vt aut ille p̄que recūdia abiecto qd̄ ferebat abscessit: post aliquantulū tēporis: occurrens illi ridēs ait. Tuam & meā amicitia perna dissoluit. Enim vero diocles eā rem ita describit: Dixerat illi qdam iube nobis diogenes. At ille ei abducto casei frustū ferendū dedit: illo renūte: meā inqt ac tuā amicitia modicū casei rupit. Intuitus aliqñ puerū concaua bibētem manu cotylā pera pductā abiectā dicens puer me vilitate superauit: piccit & catinū eodē studio cum vidisset puerū vasculo p̄fecto concauo pane lenticulā fuscipientē. Ratiocinabat aut in hunc modū. Oīa deorū sunt: dijs aut amici sapientes sunt. Sunt aut amicorū cuncta cōia: oīa igitur sapientū sunt. Inspexerat mulierē inhonestius dijs. p̄cidentē. Eius igit sup̄stitionē auferre volens: vt Zoilus p̄geus ait: accurrit dicens Non vereris mulier ne forte stāte post tergum deo: cuncta. n. plena ipso sūt: inhonestate habear. Asclepiō p̄cussorem sacrauit qui p̄cumbentes in faciem accurēs contereret. Solebat. n. dicere īprecationes tragicas sibi occurrisse: esse. n. sine domo: sine ciuitate: priuatū patriā: pauperē: pallantē: vitam in dies habentē. Aiebat se obicere fortunā qdem confidentiā: naturā legi: perturbationi rationē. Ad solē sedenti sibi assistens Alexāder ait: pete a me qd̄ vis: at ille noli inqt mihi vmbra facere. Legerat quidē diutissime: cūq; ad finem libri nihil vltra scriptū esse ostēderet: bono inquit este animo viri terrā itueor. Ratiocinanti cuidā & concludēti illū habere cornua manu frontē palps equidē inquit illa nō video similiter & dicēte sibi quodā non esse motum: exurgens ambulabat. Ad eū qui de caelestibus differebat: quādo inqt de cēlo venisti? Spadone quodā stolido domui suae inscribente nihil ingrediat malū: dominus ait domus ubi nā ingre

dieſ. Vnguento inungens pedes dixit: a capite qđem in aerem aſcendere vnguentum: ſed a pedibus in oſſatum ire. Rogātibus athenieſibus: vt iniciaret: atq; dicentibus nū apud inferos hi q̄ iniciati ſunt: preſidēt: pridiculū eſt inq̄: ſiquidē Agelilaus & Epami nūdas in ceno degent: viles aut̄ quiq; initiati in beatorū inſulis erunt. Muribus ad ipſi- us menſam ſubrepentibus: ecce inq̄ & Diogenes paraſitos nutrit Platone canē ipſum appellante: ſane inq̄: nā equidē ad venditores remeavi. Et balneis exiens p̄contanti an multi hoīes lauarēt negauit: adiſcienti nū turba multa: conſeſſus ē: Platone ita diffini ente: hō eſt aīal bipes ſine pēnis: cū placeret iſta eius diffinitio: nudatū pēnis: ac pluma gallū gallinaciū in eius inuexit ſcholā dicens: hic Platonis hō ē: vnde adiectū eſt diffi- nitioni lati vnguibus. Interroganti quanā hora prandere oporteret: ſi diues inq̄ ē qñ vult: ſi paup̄ cū pōt. Apud megarēſes intuitus oues pellibus tectas: illoꝝ aut̄ filios nu dos ait: p̄ſtat megarenſis arietē eſſe q̄ filium: ad cū q̄ ſe trabe cōcuſſerat: ac poſtmodū dicebat caue: nū inquit iteꝝ me ferire viſ: aiebat oratores qđem plebis miniſtros: coro nas aut̄ gloriæ bullas. Lucernā interdū accēdens: hominē aiebat quæro. Stabat aliqñ manātibus perſuſus vndis: his vero q̄ circunſtabāt illū miſerantibus. Plato nam & his aderat: ſi vultis inq̄ illum miſerari habite: gloriæ illius cupiditatē iſinuans: Colaphū a quopiā accipiēs: hercules iquit cuiuſmodi me latebat res q̄ operto pgerem capite. Midia quoq; ipſum colaphis agente ac dicēte tria milia tibi in mēſa poſita ſunt: poſtri die ſumpto pugilū cæſtu cæſoq; illi dixit tria milia tibi in mēſa ſunt poſita: Lyſia phra macopola ſciſcitātē an deos eſſe crederet: quomō inquit non credo q̄ te dijs inimicū pu to: alij Theodoꝝ hoc dixiſſe ferunt. Quendā intuitus ſe vndis reſpergentē ait. O infœ lix an ignoras qm̄ vt grāmaticæ peccatis: ita reſpgens minime eripis: ita nec vitæ crimi nibus euades liber. Culpabat maxime ſi q̄ fortunā cauſarent: dicens homines quē ſibi bona viderent: non q̄ re vera bona eſſent poſtulare: eis vero qui ſequerent ſomnia dice bat: ea qđem q̄ agitis ni in ſomnis qđem vt corrigatis cogitare vultis: quē vero dormiē tes cernitis ea curioſe diſquiritis. In olympia buccināte præcōe. Dioxippus viros vin cit. hic ait mācipia: ſed ego viros. Amabat aut̄ & ab Athenieſibus. Deniq; aduleſcenti cū dollium illius cōtriuſſet: plagis intulerunt: illiq; aliud dederūt. Refert Dionyſius Stoicus illum poſt Chæroniā depræhēſum abductum eſſe ad Philippum a quo quid eſſet interrogatus: explorator inquit p̄inſatiabilis auuditatis tuæ. ex quo admirationi habitus liber dimiſſus eſt. Miſerat aliqñ Alexander epistolam athenas ad Antipatrū per Athliā quēdam: aderat Diogenes atq; ad vocabulū alludēs: quippe athlios infœ lix dieſ. Athlias iquit p̄ athliū ad athlium: per dica cōmināte niſi ad ſe pergeret illū ſe occiſurū: nihil inq̄ magnū facies. Nā & cantharus & phalāgiū id facerēt. Illud vt poti us intētare monebat: quod ſi & abſq; ſe viueret: ſœliciter victurus eēt clamabat aut̄ ſe pius dicēs hoīum vitam facilē a dijs dari: veꝝ occultari illā quærētib⁹ muſum vnguē ra & his ſimilia. Vnde & ei qui a famulo calciabat nōdum ait beatus es: niſi te etiā ab ſtergat: hoc aut̄ erit ſi mācus fueris. Cū vidīſſet aliqñ magiſtrat⁹ qui hierōnemonēs di cebātur: quēdam ex ærario phialam furatū adducentes: magni inquit fures paruū du cunt. Intuēs aliquando aduleſcētē lapides in crucē iaciētē: euge inquit ſcopo enim potieris. Circūſtantibus ſe aduleſcētibus: atq; dicētibus cauebimus ne mordeas nos: bono inquit eſtote animo filioli: canis betas minime māducat. Glorianti cuidā q̄ leo nis pelle regeretur: deſine inq̄ virtutis ſtramēta confundere. Beatus dicebat Calithe nes q̄ magnificis ab Alexādro apparatibus excipereſ. At ille infœlix inquit eſt qui tū prandet: ac cœnat cū Alexādro videtur. Cum pecunijs egeret eas ſe ab amicis repetere nō petere dicebat. Quādoq; in foro manib⁹ operās vtinam aiebat liceret ſic perficato

ventre non esurire: adulescentem intuitus cum Satrapis ad cœnam abeuntem: abdu-
ctū ad suos reuocauit: obseruariq; iussit. Composito adulescenti quidpiā roganti nō
antea se dixit responsurū q̄ aperte exploraret vir ne esset an mulier. Plaudenti lasciuus
in balneo adulescētī: quāto inquit melius: tāto deterius: Inter cœnandū ossa illi quidā
vt cani iactabāt: at ille proprius accedēs iuxta illos mingeat vt canis. Oratores atq;
oēs in dicendo gloriā quarētes ter homines p̄ eo qđ est ter infelices appellabat: Diui-
tem indoctū ouē aureo vellere dicebat. Cū vidisset luxuriosi cuiuspiā domui inscriptū
venalis. sciebā inquit q̄ vini crapula obfessa facile dominū euomeret. Causanti adule-
scētī pturbantiū se multitudinē: desiste inqt: & tu pturbationis indicia p̄ferre. Igressus
sordidū balneū qui hic se lauant ait vbi lauant. Cum rudē pinguemq; citharœdū oēs
causarent: solus ipse laudabat. Rogatus q̄ obrē: ait q̄ talis cum sit: cithara se nō latro-
cinijs exerceret. Citharœdū qui semper ab auditoribus deserebat ita salutabat: Salue
galle: illo autē dicente: cur ita: q̄ inquit canens oēs excitas. Cū adulescentē plurimi in-
spicerent. ille sinū lupinis cōplens se incuruabat: multitudinē in eum cōuersa mirari se
dixit quomō illo dimisso se intuerent. Dicente sibi quodā valde superstizioso vno ictu
caput tibi p̄fringam: at ego inquit a sinistris adstans te tremere faciā. Hegesia se depre-
cante vt sibi librorū aliquid exponeret. vanus inqt es Hegesia: qui caricas qđem nō scri-
ptas eligis: sed veras: vera autē excitatione neglecta te ad scriptam cōfers. Ei qui sibi exi-
lium exprobrabat. at huius inqt miser cā philosophatus sum. Alio rursus dicēte sino-
pei te exilij arguūt: & ego illos inquit morā. Intuitus aliqñ olympionicē oues pascen-
tem q̄ cito iquit ab olympijs ad nemea te cōtulisti. Rogatus cuius rei gratia athletę in-
sensibiles sunt: q̄ inquit suillis ac bubulis carnibus inētructi sunt. Petebat aliqñ statu-
am: rogatus cur hoc faceret: vt me inquit nō potiri assuefaciam: Cū postularet quem
piam: quippe & hoc primū agebat p̄pter inopiam: dicebat si qđem & alij dedisti & mi-
hi da: si vero nemini a me incipe. Interrogatus aliqñ a tyranno cuiusmodi are præs-
taret statuam sculperet: quo inquit Harmodius & Aristogiton fusi sunt. Rogatus quo-
mō Dionysius amicis vteret: vt vasculis ait: dum plena euacuat. & abijcit vacua. Inscri-
pserat quidā domui suæ vxore nuper ducta. Iouis filius Callinicus Hercules hic habi-
ta: nihil ingrediat malis: inscripsit ipse: post bellū societas. Cupiditatē arcem oīum ma-
lorū dixit. Luxuriosum intuitus oleas in diuersorio edentem si sic prandisses ait: nō ita
cœnares. Bonos viros effigies deorū esse amorē vacantium occupationem. Rogatus
quidnam esset in vita miserum: senex ait egens. Quā nam p̄niciosissime morderet be-
lua: ex feris inquit obrectator: ex mitioribus autē adulator. intuitus aliqñ centauros
duos pessime pictos ait: quis horū deterior est? Sermonem ad gratiam instructū mel-
leum esse laqueum dixit. Ventrem vite carybdim appellabat. Audiēs didymonē mā-
chum fuisse comprehēsum: dignus ē inquit ex ipso nomine suspendi. Rogatus cur pal-
lens esset aux: quia multos habet insidiatores. Mulierē in lectica intuens non fm ferā
ait esse caueam. fugitiuū seruū ad puteū sedentem vidēs caue inquit adulescens ne in-
cidas. Cernens vestimentorū furem in balneis: num inquit ad vnguentum: an vero ad
aliud vestimentū? Cum vidisset aliquādo mulieres ex oliuæ arbore pēdere suffocatas
vtinam inquit arbores ceteræ fructū huiusmodi tulissent. Intuitus sepulchrorū viola-
torem: quid hic ait tibi vis optime: aut quem pradari paras defunctorū virorū. Roga-
tus num seruulum aut ancillam haberet: negauit: dicēti si ergo mortem obieris: quis-
nam te ad sepulchrum efferret? qui domo iquit indiget. Cum animaduerneret formo-
sum adulescentem passim: & sine custodia obdormientē manu pulsans excitauit dicēs:
ΩΝΤΙΟ ΟΟΙΕΥ ΔΟΝΤΙ ΜΕΤΑΦΡΩΕΥ ΔΟΡΥ ΠΗΝ. Nequis tibi quiescenti pilū in remibus si

gar: ad eum qui preciosa parabat obsonia cito inquit morieris fili. Platone de ideis disserente & nominante mensalitem & cyathitatem. Equidem inquit o Plato mensam & cyathum video: mēsalitem vero cyathitatemq; non video. Et ille recte inquit quibus enim cyathus: mensaq; conspicit oculos habes: quo autē mensalitas: & cyathitas intelligitur animum non habes. Interroganti cuidam qualis sibi videret Socrates: furens respondit. Rogatus a quodam quo tēpore ducenda sit vxor iuuenibus inquit nō dum: senibus vero nūquam. Interrogatus quidnam vellet vt colaphum acciperet: galeam inquit. Adulescentem intuens se cōponentem si quidē inquit ad viros frustra: sin autē ad mulieres nequiter. Videns adulescentulum rubore perfusum: confide ait fili: huiusmodi ē virtutis color. Cum duos aliquñ audisset legis peritos: ambos dānauit dicens: alterq; quidem furatum esse: alterq; vero nō perisse. Rogatus cuiusmodi vinum libentius biberet: alienum inquit. Dicente sibi quodam plures te irrident: at ego inquit nō irrideor. Dicenti malum esse viuere: non inquit viuere malum est: sed male viuere. Consulentibus vt fugitiuum requireret seruum: ridiculum inquit ē si manes absq; Diogene viuat. Diogenes absq; mane non possit. Prādebat oleas: inuectam vero inter prādendum placentam pīecit dicens: o hospes hinc cito proficiscere: rogatus qualis esset cāis esuriens inquit blandus: satiatus vero molosicus. Hos permulti laudant: neq; tñ ob laborem audent cū eis vna ad venationem egredi ita ne mihi quidem ob dōlorē meum cōgredi atq; vna viuere. Rogatus an sapientes placentis vescerent: oībus inquit si cut & homines ceteri. Interrogatus cur menticis impenderent: non autē philosophis: quia claudī inquit: ac caci fieri potius q̄ philosophos euaderē sperant. poscebat quiddam a cupido: tardāte illo: ad cibum inquit hō te postulo: non ad sepulchrum. Exprobrāti sibi cur aliquñ falso pecuniam signasset. tēpus inquit fuit cum talis eram qualis tu mō: qualis autē ego mō sum nunq̄ tu eris. Alteri sibi idem exprobranti: nāq; inquit emingebam tum celerius: sed mō non. Myndum pfectus cum videret magnificas portas & urbem modicā: viri inquit Myndi portas claudite ne vrbs vestra egrediat. Cum vidisset aliquñ hominem in purpuræ furto deprehēsum. Accepit te inquit purpureus obitus factaq; maligna. Cratero deprecāte ad se illum pficisci: at malo inquit sal athenis lingere: q̄ penes te frui magnifice instructa mensa. Anaximenem cōueniens pingui aqualiculo rhetorem: ipartire inquit & nobis pauperibus: ventrem qppe & ipse leuigaberis: & nobis emolumento eris. Differente illo aliquñ pernā prātendens auditores in se cōuertit. Indignante illo: disputationem inquit Anaximenis oboli precium dissoluit. Cum sibi probro daret q̄ in foro manducaret: in foro. n. ait esurio. Quidam & illud huius esse aiunt: q̄ intuitus illum Plato lauante olera: accedens silenter illi dixerit. Si Dionysio obsecutus esses: olera pfecto non lauisses: illumq; ad aurē item respōdisse. Et tu si lauares olera: Dionysio nō esses obsecutus. Dicenti cuidam cōplures te irrident: & illos inquit forte asini: sed nō illi asinos curāt subdidit ille: neq; ego illos respōdit. Conspēcto adulescentulo philosophante. Heia inquit amatores corporis ad animæ pulchritudinem traducis. Admirante quodā ea q̄ in Samothracia sunt donaria: longe ait plura essent: si & qui seruati nō sunt: ea deuouissent. Alij Diogorē medo hoc assignāt. Formoso adulescētī ad conuiuium eunti deterior inqt remeabis: illo redeūt & postridie sibi dicēte: & prexi: & deterior effectus nō sum. deterior inqt quo: Postulabat ab Eurytio difficile quiddā: illo dicēte si mihi psuaseris: equidē inquit si psuadere possim: suauissem utiq; vti te suffocares. Reuertebat ex lacedæmone athenas: iterrogatus quo & unde: a viris inqt ad mulieres. Rediēs ab olympijs cū rogaret an multa tibi turba fuerit: turba inqt multa sed hoīes pauci. Luxoriosos dicebat similes ficibus quæ p precipitia

nascentur: quare fructus homo non gustat: corui autem & vultures comedunt. Phryne scortum viderem aurea delphis obtulit: eam ille ita inscripsit. Ex graecorum intemperantia. Alexandro quoque illi assistente ac dicente sibi. Ego sum Alexander Magnus rex. at ego ait sum Diogenes canis: rogatus quidnam faciens canis vocaretur: quod eis inquit blandior quid dant: in eos vero qui non dant oblatro: malos autem mordeo. Ex ficu quadam poma legebat: custode dicente huic ante paucos dies homo suspensus est: ego inquit illam purgabo. Olympionicen intuens in scortum frequenter intendente: en inquit aries martius a puella vulgari per collum captus abducitur. Formosa scorta latali mulso similia dicebat. Prudenti in platea qui circumstabat iugiter dicebant: canis. At ille vos ait canes estis. qui prudentem circumstetistis. Cum duo molles se ipsi subducerent: nolite inquit vereri: canis betam non comedit. De puero stuprato unde esset rogatus: tegeates inquit. Cum vidisset ignauum luctatorem medicinam perfitentem quod hoc inquit: num ut eos qui te aliquando vicerunt: nunc ipse deicias? Cum scorti filium in turbas iactantem lapides cerneret: caue ait ne patri ferias. Puer ostantanti sibi gladium quem ab amatore acceperat: gladius inquit pulcher est sed capulus sordidus. Laudantibus quibusdam eum qui sibi rogauerat: me autem non laudatis qui accipere merui. Cum a quodam pallium exigeretur: si quod ait donasti habeo: sin autem eguisti vtor. Subornato quodam dicente sibi auxilium habet in pallio: ita sane inquit ideo illo obuolutus obdormio. Rogatus quod ex philosophia lucratus fuisset: & si nihil aliud inquit vel hoc ipsum quod ad omnem fortunam praeparatus sum. Interrogatus unde esset: mundanus ait. Sacrificantibus quibusdam ut filium acciperent: ut inquit bonum accipiat non immolatis. Cum stipem aliquando posceret ait egrotanti: alios expolia: sed ab Hectore contine manus. Scorta dicebat regum esse reginas: petere. n. quodcumque eis videretur. Atheniensibus Alexandrum liberem patrem decernentibus: & me inquit serapim facite. Exprobranti sibi quod loca immunda introiret: & sol inquit in secessibus abit: neque inquinatur. In fano coenans iter panes sordidos appositos sublatos abiiecit dicens: in sacrum nihil oportere sordidum ingredi. Dicente sibi quodam cur nihil sciens philosopharetur: & si inquit philosophiam simulo hoc ipsum philosophari est Laudabat puer ad illum adductus quod ingenio excelleret: essetque optimis moribus quod ergo inquit me indiget? Qui recta dicerent nec facerent eos cytharae similes aiebat: & hac. n. nihil audire: neque sentire. Theatrum ingrediebatur ex aduerso exeuntem. Rogatus cur ita faceret: hoc ait in omni vita facere studeo. Videns aliquando adolescentulum effeminari: non putaret ait deterius quam naturam ipsam de te ipso statuere. Illa. n. te virum fecit: tu te cogis mulierem fieri. Intuens insipientem aptare psalterium: non erubescis inquit quod sonos ligno aptes: animum ad vitam non componas. Dicenti sibi cuidam idoneus ad philosophiam non sum: quod ergo inquit viuis si ut bene viuas nulla tibi cura est? Contemnente quodam partem: non putaret ait istum continere. qui tibi ut magnum sapias est auctor. Videns decorem Adolescentem indeceter loquentem: non erubescis ait ex eburnea vagina plumbeum educens gladium. Cum pro sibi daretur quod in caupona biberet: & in intosterna tondere inquit. Exprobrabat sibi quod ab Antipatro accepisset palliolum: tum ille reiicienda inquit non sunt pericula deum munerum. Pulsante se quodam trabe: ac dicente caue: virga illum cadens ait caue. Supplicante quodam meretrici: quod ait vis miser qui praestet frustrati. Vnguētis delibuto vide ait ne fragrantia capitis foetorem vitae praestet. Seruos quidem dominis: malos autem cupiditatibus seruire dicebat. Rogatus cur macipia andropoda sint appellata: quia pedes inquit habent viros. animum autem quem tu modo habes qui hoc interrogas. A luxurioso petebat minam a quo rogaretur cur ab alijs obolum: ab se peteret minam: quia inquit ab alijs omnibus denuo me acceptum spero: abs te vero an rursus accepturus sim in deorum gremio situm est. Cum exprobraretur cur Platone non petente ipse peteret: & ille inquit petit: sed proprius admoto capite ne

discant alij. Sagittarium intuitus ignauum iuxta scopon confedit dicens: ne forte me feriat. Eos qui ad voluptatē aspicerent falli ac frustrari dixit. Interrogatus an mala esset mors: quonā inqt mō mala: quā præsenti nō sentimus. Alexādro stāte atq; interrogāte num me times: quid. n. inqt es bonū an malū? dicente bonū: quis ergo ait bonū timet? Disciplinā iuuenibus qdem sobrietatē: senioribus solatiū: pauperibus diuitias: diuitibus ornatū esse dixit. Dydimonī mœcho curanti aliqn puellā oculū vide inquit ne virginis oculū curans puellā corrumpas. Dicente quodā amicos illi insidiari: & qd ait agere oportet: si amicos & inimicos aq; vtendū erit rogatus qd esset in hominib⁹ optimū: fiducia inqd. Ingressus aliqn scholam cū videret musas multas: paucosq; discipulos: cū dijs iquit magister multos habes discipulos. Solebat aut oīa ante oīum oculos facere & quæ ad cererē & quæ ad Venerē pertinent: atq; hsmōi cōclusiunculis utebatur. Si prādere nihil mali ē: neq; in foro prandere malū est: nō est aut malū prandere: nec in foro qdem prandere malū ē. Cumq; ante ora oīum iugiter operaret: vtinā liceret aiebat p̄fricato ventre a fame cōquiescere: referunt in eū & alia q̄ cū sint multa plixum esset & oīa psequi. Dicebat aut duplicē esse exercitationē: alterā. n. esse animi alterā corporis: hanc. s. secundū quā in exercitio perpetua q̄ sunt fantasia pstant ad virtutis opera quādā adminicula. Porro alterā sine altera esse ip̄fectam: nihilominus bona habitudine & robore iter ea quē cōpetunt dinumeratis: qppe quē veluti circa corpus: ita & circa aīam sint. Adijciebatq; argumentū qd ad virtutē facile exercitio pficiatur. Cernere. n. se in artibus mechanicis & alijs opifices ex cōsuetudine operis nō minimam operandi celeritatē fuisse cōsecutos. Athletas item & tibicines virosq; cminere plurimū quāto maiore studio & labore versati iugiter fuerūt. Atq; ita istos si quidē exercitationē ad animū transtulissent: nequaquā inutiliter aut ip̄fecte laborarent. Nihil dicebat in vita omnino absq; exercitatione perfici: eā vero oīa exuperare posse. Cū igitur repudiatis inutilibus laboribus naturales insequi: ac viuere beate debeamus p̄ summam dementiam infelices sumus. Mamq; ipsius quoq; cōtemptus voluptatis si nos assuefecerimus. iucundissimus fit. & sicut hi qui cōsueuerunt voluptuose viuere: moleste inde se auelli patiunt: ita qui se aliter exercitati sunt: gratissime ip̄as cōtemnunt voluptates. Talia docebat atq; in actum producebat vere cōsuetudines antiq̄s monetas vero resculpens: nihilq; minus naturalibus q̄ legitimis deferens: eandē vitā formā quā Hercules se viuere affirmans nihil libertati p̄ferens oīaq; sapientū esse dicens: eiusmodi rationibus quas supra allegauim⁹ vtens. Omnia in quietis deoz sunt. Amici aut sunt sapientibus dij. Sunt aut amicosq; cuncta cōia: oīa igit sapientium sunt. Ac de lege q̄ sine ipsa geri remp. possibile nō sit. Nam sine ciuitate nihil esse vtile: vrbs vero ciuitas ē: lex vero absq; ciuitate ad nihilum vtilis: est igit vrbana lex. Nobilitatem vero & gloriā & hsmōi cetera ridebat: dicēs: malitiæ esse velamenta. Solamq; rectā esse remp. quæ esset habēda in honore. Dicebat & honores cōmunes esse oportere: nuptias nihil appellās. Sed q̄ suaderet ei quā induxisset cōgredi: cōmunescq; iccirco filios fieri. Nihil esse iniquū ducēs ex tēplo quidpiā accipere: aut aliqd gustare aīalium: ne iniustū quidē esse humanis vesci carnibus: idq; ex aliāq; gentiū cōsuetudine liquere: atq; hac recta ratione oīa in oībus & p̄ omina esse dicēs. Nāq; & in pane carnes esse: & in olere panē: cū panis & corpora reliqua in oībus per occultos quosdā meatus: ac tumores ingerantur: atq; vna euaporent. Sicut & in Thieste manifestū est: si quidem ipsius sunt tragœdiæ & nō philisei æginitæ ipsius familiaris siue Pasiphontis luciani: quē scribit Fauorinus in oīmōda historia post obitū eius scripsisse. Musicæ vero & geometriæ & astrologiæ ceterorumq; similium fuisse negligentem veluti iutilium & quæ minime essent ne

cessaria. Fuit autē p̄mptissim⁹ ad obuiandū his quæ dicerent: vt ex superioribus li-
quet. Venditionēq; sui fortissime prulit. Nā cū in eginā nauigaret: atq; piratis fuisset
cōprehēsus: quorū princeps erat Scirpalus: cretāq; deductus venditus esset: p̄cone in
terrogante qd sciret facere respondit: scire se hominibus dominari. Cū repente aspexit
corinthū quendā habitu ingenuo prætereuntē Xeniadē quē p̄diximus hunc digito de-
notans: huic inquit me vende: hic. n. domino indiget. Emit igit̄ illū Xenia des: corin-
thumq; secū adducens: & filijs p̄ceptorē dedit: & oī domui præfecit. Is vero ita se ges-
sit in oībus: vt superstes ille diceret: bonus dāmon domū meā introiuit. Refert Cleo-
menes in libro qui pedagogus inscribit̄: necessarios suos illū redimere voluisse: illū ve-
ro eos fatuos dixisse. Neq; n. leones seruos esse nutrientiū: sed econuerso illos seruire
leonibus. Nam serui timere ē: feras vero hominibus terrori esse. Erat autē viro mirabi-
lis persuadendi ius: adeo vt quēlibet oratione facile caperet. Fert̄ deniq; Onesicratus
quidā æginensis athenas misisse: alterq; ex duobus liberis suis Androsthēnem nomi-
ne: eumq; cū audisset diogenē illic præstitisse: misisse itidē quē prædixeramus Phisicū
qui erat maior natu: ipsumq; similiter detentū fuisse. Terti⁹ vero ipse aduenisse atq;
vna cū filijs philosophatus esse: tanta Diogenis sermonibus suauitas inerat. Audiuit
ipsum & Phocion qui cognominatus ē bonus: & stīlpo megarēsis: & cōplures alij ciui-
les viri. Fert̄ nonaginta ferme annorū obisse diē. Porro de ipsius morte varia habet̄ opi-
nio. Sunt. n. qui dicant illum cū bouis pedem crudū comedisset bilem incurrisse: atq;
ex ea fuisse defunctū. Alij vero continuisse spiritum atq; ita expirasse ex quibus ē Cer-
cidas megalopolita siue Cretensis in meliambis sic.

Quidem finit non ante sinopeus ille

Gerens bacillum duplicis vestis lator.

Pascens in æthere dentibus labra admouens.

Et spiritum mordens qui obijt erat vere

Iouis diogenis stirps: canisq; cælestis.

Alij dicunt cū polipū canibus partiri voluisset: morsum in cruris neruo accepisse ac ex
eo defunctū esse ipsius tñ necessarij: vt in successionibus ait Antisthenes: id potius ap-
probāt q; spiritū continendo animā exhalauerit. Degebat. n. in sui cranio: id autē erat
gymnasium ante corinthum. Cū vero ex more familiares admissent: pallioq; obuol-
utū deprehēderent: non illum dormire arbitrati: erat quippe minime sonnolētus: sed
ex instituto suo durare peruigil cōsuetus reuellato pallio animā efflasse inuenerūt: sus-
picatiq; sunt illū hoc fecisse desiderio migrandi ex vita. Hinc vt aiūt inter eos qui eum
sepeliret oborta seditio fere ad cōferendas eos perduxit manus. Aduenientibus autē pa-
tribus llog: atq; primatibus ita sedata discordia sepultū esse tradūt iuxta portā quæ in
isthmū fert. Erigentes autē super illius tumulū columnā. canem desuper ex lapide pa-
rio sculperunt. Postmodū & ipsius ciues æreis illū statuis honorarūt ita inscribentes.
Senescet tempore qdem hoc æs: sed tua sane Diogenes gloria non obolefcet oībus se-
culis. Nam vitæ gloria mortales illustrasti: facilemq; viuendi viam prætulisti. Est idē
de eo tale epigramma carmine p̄celeumatico.

Diogenes age loquere rogo quæ te mors

Excepit in acherontis domum: canis acerbitas mordicus

Aiunt qdam illum dū moreret̄ mandasse in sepultū proijci cadauer: vt oēs bestia p̄ti-
ceps ipsius essent: siue i foueā superiecto modico puluere iniicerēt. Alij autē in elissum
se imitti voluisse tradūt: vt esset fratrib⁹ utilis. Demetrius autē in æq vocis ait eadē die
Alexandrū Babiloniæ. Diogenemq; corinthei vita functos esse. Erat autē senex Olym-

piade. cxij. Ferūtur eius ista volumina. Dialogi capitulorū. Ichthyas: cornix: pardus
 plebs: atheniensium respu. ars moralis: de diuitijs amatoris: Theodorus: Hypsias:
 Aristarchus: de morte: Epistolæ: Tragœdiæ. vij. Helena. Thyestes: Hercules: Achil
 les: Medea: Crylippus. Oedippus. Porro Socrates in primo successionum: satyrus
 in quarto de vitis nihil esse Diogenis affirmant. Tragœdiolas autem ait satyrus Phi
 lifici aginēsis esse Diogenis discipuli Sotion autem in septimo hæc sola Diogenis esse
 ait. De virtute: de bono: amatorium pauperem. Tholomeum. Pardum: Cassandrū:
 Cephalionem: Philiscum: Aristarchum: Sylliphum: Canymedē: de vsu: Epistolæ:
 Fuerunt autem quinque Diogenes. Prim⁹ appolloniates phisicus. Eius autem scripto
 rum istud initium fuit. Quodcumq; dicere aggredienti operæ precium esse videt̃ ini
 tium irrefragabile ponere. Secundus Sicyonius qui peloponnesiacam scripsit. Tertius
 hic ipse. Quartus stoicus ex seleucia: appellatus est autem babylonius ob vicinitatē.
 Quintus tarsensis q̃ de quæstionibus poeticis scripsit: quas etiam soluere nititur: Hūc
 vero philosophum Athenodorus in quinto deambulationū ait q̃ vngi solitus sit: luci
 dum semper esse visum.

¶ Mominus syracusanus.

Mominus syracusanus Diogenis quidē discipulus: famulus vero mensarij cu
 iusdam corinthij fuit: vt Socrates tradit. Ad cum Xenia des qui diogenē eme
 rat: frequens pergebat: virtutemq; ipsius operæ atq; in dicendo vim prædicās:
 Mominus in viri pellexit amorem. Ille. n. continuo simulata vesania abijcere mone
 ram oēmq; mensæ pecuniā cœpit. donec a domino repudiatus cōtinuo se ad Diogenē
 contulit. Asscutus est autem & Cratem cynicum sapius cæterosq; id genus studiose
 confectatus. Qua ex re factum est vt eū dominus suus adhuc magis insanire putarit.
 Fuit aut̃ vir eloquens & doctus: adeo vt Menāder comicus ipsius mentionem fecerit
 in quadam comœdia sic de eo dicens: Mominus vir quidā fuit oiphilo sapiens ignobi
 lis modico qui perā gessit. peras ergo tres: Sed & imagines verbo edixit simile nihil ei
 esse per Iouē quod dictum ē: nosce te ipsum: neq; his quæ sunt in laude: sed super hæc
 oīa mendicis ille & sordidus. Nam quod reliquū est omne factū esse ait. A deo vero
 grauis tantaq; constātia fuit: vt cōtempta gloria solam veritatē appetcret. Scripsit au
 tem ludicra sententijs serijs permixta: de appetitionibus duo: & exhortatorium.

¶ Onesicritus.

Onesicritum alij quidem eginensem tradūt. Porro Demetrius magnesijs asti
 palensem fuisse ait: & hic ex Diogenis ludo pbatissimus. Videt̃ autem quid
 dam habere simile cum Xenophonte. Ille quidem cum Cyro hic cum Alexā
 dro militauit. ille cyripædim: hic alexandri scripsit initia. Ille cyri: hic alexandri pro
 sequit̃ laudes. Est aut̃ & stilus vtriusq; simillimus: nisi in quantum q̃ transcribit̃ secun
 dum ab exemplari est. Fuit & Menander diogenis discipulus: cognomento. Drymus
 homeri admirator: & Hegesæus sinopæus Cloeos cognominatus: & Philiscus agi
 nensis quem prediximus.

¶ Crates thebanus.

Rates Ascondii filius thebanus ipse quoq; inter sapientissimos Diogenis di
 scipulos fuit. Cæterum Hippobotus non Diogenis ipsum fuisse discipulum
 ait: sed bryonis achiui ista ferunt̃ ludicra. Pera quædā ciuitas est in medio ni
 gro typho pulchra & pinguis circūfusa nihil habens: ad quam nemo vir nauigat: neq;
 qui stultus parasitusq; sit neq; auidus meretricis: obscenisq; exultās opibus: sed aium

at allia fert & ficus & panes: de quib⁹ inuicē nō certāt: neq; sumunt arma pecuniā aut gloriā gratia. Est & Ephemeris hæc hēns illa vulgatissima. Apponit coquo minas de cē: medico dragmā: assentatori talenta quinq;: cōsiliario fumū: meretrici talentū: philosopho triobolū. Vocabatur autē & thyrepa noctes q; in oēm igrederetur domum & corripere. Est eius & illud: hæc habeo quæ didici: & quæq; curavi: atq; me diuæ docuerunt munera musæ: q; q; ex philosophiā fuisset adreptus lupinorū chanicen: & nullius rei curā. Fertur eius & illud. Amorē se dat fames: sin miūs tēpus: eis vero si vti nō vales: laqueus. Floruit maxie circa centesimā & tertiādecimā olympiadē. Hūc ait Aristhenes in successionibus cū in tragœdiā quadā cerneret Telephū sportulā tenentem aliasq; opulētū ad cynicā philosophiā perexisset: illūq; patrimonio vendito: erat quippe vir nobilis: cū aggregasset plus q̄ducenta talenta: ciuib⁹ ea dimisisset: adeoq; constanter philosophatū esse: vt & Philemon comicus ipsius mentionē fecerit: Ait nempe æstate quippe habuit palliū crassū vt se cōtineret: hieme autē pānum. Refert aut Diocles persuasisse sibi Diogenē vt peculiū dimitteret: ac si quid pecuniæ haberet iactaret in mare. Atq; Cratis quidē domus ab Alexandro: hipperchiæ vero a Philippo: Quosdā ex propingis ad se venientes atq; auertere ab instituto molientes sæpenumero baculo persequēbat cōstansq; pdurabat. Porro Demetrius magnesi⁹ ait deposuisset illū pecuniā ad trapezitā: ea cōdictione vt si quidē filij idiote essent. eam illis redderet: sin autē philosophi: plebi distribueret: nihilo quippe egere philosophos. Erathostenes aut refert: cū ex hippchiā de qua dicemus: natus sibi esset filius Pasicles noie: eū iā adultū ad ancillæ adduxisse domū ac dixisse: hoc ei paternū eē matrimoniū. Cæterum mœchorū exilia & cædes tragicorū esse præmiū: eos vero qui scortis congregerentur comicorū: quippe ex luxu & ebrietate insaniā gigni. Huius frater Pasicles fuit Euclidis discipulus: eius facetū quidpiā fauorinus in secūdo cōmentariorū refert. Ait. n. p quodā deprecās gymnasi⁹ principē eius ilia tetigit. illo indignante: quid. n. ait nōne & ista tua sunt sicut & genua. Dicebatq; possibile nō esse inueniri qui lapsus nō sit: sed veluti in malo punico granū etiā aliquod putidū esse: Cū Nicodromum cytharœdū irritasset: cæsus in faciē est Cartulā itaq; imponēs fronti inscripsit. Nicodromus fecit. Scorta ex industria insectabatur maledictis. vna & se ipsum exercēs ad perferenda cōuicia. Demetrio phalereo qui sibi panes ac vinū miserat exprobrabat dicēs: vtinam & fontes panes ferrēt. Constat igit aquam bibisse. ab Atheniēsis ciuilib⁹ iuris peritis arguebatur cur sindone amicciretur: quibus ille Theophrastū inquit ostendā vobis opertum sindone: non credētibus induxit illos in tōstrinā vbi ille tōdebatur: ostēditq; lino coopertū. Cum thebis a principe gymnasi⁹ flagris cæsus eēt. siue fm alios corinthi ab Eutycrate: ac pede traheretur ridebat dicens: Me pede diuino extendens protrahe velo. Diocles autem pertractū eum a Menedemo cretienti⁹ testatur: Nam cum esset decorus & Asclepiadi philiatio vsui esse videretur: tetigit Crates illius coxas dicens intrus Asclepiades: qua ex re indignatū Menedemū traxisse illū: idq; eū dixisse. Zeno vero citticus in libris de vsu pellē ouis quoq; insuisse pallio refert: vt eēt informior. erat at & faciē turpis: & cū se exerceret ridebatur. Solebat at sublati⁹ manibus dicere confide Crates p oculis & corpore reliquo. Hos aut videbis irrisores iā iā & morbo cōtrahite beatum dicere: se autem ociositatis arguere. Dicebat autem tamdiu philosophādum esse quoad videantur duces nobiles esse asinarij. Desertos dicebat quicum assentatoribus essent: non secus ac uituli cum inter lupos sunt: neque enim cum illis propinquos: neque cum his esse: sed insidiatores. Cum autem sentiret se morti proximū: inspiciebat seipsum dicens: perge iam amice: perge ad inferni sedes statu ob senium

curue. Erat quippe ex senectute curuat⁹: Alexādro rogante nū uellet restitui: ac refici patriā suā: quid ait opus ē? rursus. n. fortassis Alexāder eam alius diruet Habere se patriā contēptū glorię & paupertatē fortuna nūquā casura bona: diogenisq; ciuem esse inuidiā insidias nō metuēris. Meminit ipse & Menāder ī geminis dicēs. Mecum. n. ambulabis pallio amicta: sicuti cū Crate cynico qñq; cōiūx: & filiā tradebat illis ut ipse ait pbatōni triginta inductis diebus discipuli eius. ¶ Metrocles.

Errocles Hipparchiæ frater cum prius audiret Theophrastum peripateticū adeo corruptus erat: ut cū sepe inter disserendū crepitū ventris emitteret: præ angoræ animi domi inclusus moraret cōtinere volens: Hoc agnito Crates ingressus est ad eū consolaturus: ac lupinis ex industria voratis persuasit quidem illi primū verbis nihil mali fecisse: fore quippe prodigium si nō & sū naturam flatum emitteret. Tum vero & ipse in huiusmodi crepitū erumpens illum & similitudine opis erexit. Hinc ipse iam auditor fuit: euasitq; vir in philosophia eminens: Hic libros suos ut ait Hecaton in primo vsu combussit dicens. Sunt ista somniorū phantasmata veluti deliramenta. Sūt qui Theophrasti cōmentaria quæ ex illius ore perceperat: cōbussisse ferant: ac dixisse. Vulcane celer age: nihil hic tui indiget thetis. Res docebat partim emi pecunia ad domū: partim tpe & diligentia ut disciplinas liberales: diuitias nocere nisi quis eis digne utatur. Obijt senex a se ipso suffocatus. Porro discipuli eius fuerunt Theombrotus atq; Cleomenes. Theombroti auditor fuit Demetrius alexādrinus Cleomenis aut Timarchus alexādrinus & Echeclus ephesius: qui & ipse Theombrotū audiuit: a quo Menedemus: de quo postea dicemus. Fuit inter illos insignis & Menippus sinopeus. Incidit aut in illoꝝ ratia Metroclis quoq; soror Hipparchia.

¶ Hipparchia.

Hipparchia Metroclis soror: erat aut maronitæ ambo. Amabat vero & Cratis vitam atq; verba: neq; vlla oīno procoꝝ excellentia potuit auelli: nō opibus: nō nobilitate: non pulchritudine: sed hæc oīa sibi Crates erat: parētibusq; minabat seipsam nisi huic traderetur necaturā. Cum igit Crates a parentibus puellæ rogaretur. uti ab hoc illam proposito auerteret: Postq; agit oīa nec persuasit: exurgēs oī sua supellectile ante illius oculos exposita: hic ait sponsus: hæc eius possessio ē. ad hæc delibera. Neq; n. esse nostri cōsors poteris: nisi eadē studia attigeris. Elegit continuo puella: sumptoq; illius habitu vna cū viro circuibat: & congregiebatur in apto: atq; ad cœnas proficiscebatur. Quo tpe & ad lysimachū ad conuiuiū venerunt: ubi & Theodorū impiū coarguit sophisma huiusmodi obijciēs. Quod faciens Theodorus iniuste agere non diceret: id Hipparchia si faciat: facere iniuste non dicit. Theodorus aut se ipsum feriēs iniuste nō agit: ne Hipparchia quidē Theodorū cœdens iniuste agit. Tū ille ad id quidē minime respondit: sed illius palliū traxit: Sed neq; territa neq; perturbata Hipparchia ut mulier est: Veg & dicente sibi illo. hæc est qua textrinī reliq; radios. Sum equidē inqt theodore: sed nū tibi male de me ipsa statuissē videor: si tps quod ī textrino cōsumptura erā disciplinæ potius impēdi: Hæc & alia innumera de philosophante scēmina dicūtur: Fertur & Cratis epistolaz liber in quibus pclare philosophatur. Stilus ipse sepe Platoni similis videt. Scripsit & tragœdias altissimo philosophiæ stilo quale illud est: Nō vna patriæ mihi turris non vna tecta: sed terrę oīs & ciuitas & domus parata nobis: modo viuere detur. Obijt vetulus: atq; in boetia sepultus est.

¶ Menippus phœnix.

Enippus & ipse cynicus patriā quidē phœnix: cōditiōe seru⁹ fuit: ut ait Achaius in ethicis. Diocles aut dominum ipsius & ponticū fuisse: batonemq; vo-

catum tradit: Cum uero præ cupiditate importunius peteret: thebanus fieri ualuit. Edidit quidem dignū mēoria nihil. Porro, ipsius libri multo risu referti sunt: nō secus atq; Meleagri quō tempore sui fuit. Refert Hermippus diurnum sceneratorem fuisse: uocatumq; Hemerodanistem. Tandem. Nāque nautica usura scenerari conariq; ut pecunias complures cogeret: Tandem insidas perpeſsum oib⁹ priuatū esse: ac præ more laqueo sibi uitam extorſisse. Et nos lusimus in ipsum.

Est canis in creta quamuis sit patria phœnix

Trista qui tota scenera luce dabat

Istum nouisti sed uos fortasse Menippum

Nam canis hic solum nomine notus erat.

Omnibus hic nocuit thebis ut fossa fuisset

Penderet laqueis si bene nota canis.

Quidam eius libros nō ipsius eē sed Dionysii & Zophiri colophoniorū tradunt qui iocādi cā conscribētes eius disponere idoneo dederūt. Fuerūt aut Menippi sex. Prim⁹ qui de lydis scripsit: Xantūq; breuiauit. Secūdas hic ipse. Tertius stratonice⁹ sophists. Quartus sculptor. Quintus & Sextus pictores: utrosq; memorat appollodor⁹. Cynici aut volumina tredecim sunt. Neniæ: testamēta: eplā composite ex deorū persona ad phisicos & mathematicos grāmaticosq; & epicuri scetus: & eas: q̄ ab ipsis religioſe coluntur imagines: & alia.

¶ Menedemus.

Ene demus Coloti lāpsaceni discipulus fuit. Hic ut ait Hippobotus in tm̄ p^m digioſæ superſtitiōis venerat ut sumpto habitu furia circūiret: dicens speculatorem se ex inferno venisse peccātium: ut iterato descēdēs hāc ibi dæmonibus renūciaret quē uidisset. Vestis hęc erat pulla tunica talaris astricta puniceo balteo: pileus arcadicus capiti impositus habēs intexta elemēta. xii. cothurni tragici: barba prolixa: virga in manu fraxinea. Atq; ista quidē vitæ sunt singuli cuiusq; cynicorū. Subijcienda nūc & quæ cōiter illis uisa sunt siquidē & sectam hāc philosophiæ esse iudicam⁹: ut quidam volūt constātiā vitæ. Placet ergo illis rōnalem naturalemq; philosophiā tolli oportere ab Aristone chio non discendētib⁹: moralīq; soli intendi. quodq; pleriq; Socrati: hoc Diocles Diogeni inscribit: hunc asserens dixisse inquirendum quid nobis boni maliq; domi sit. Repudiant & disciplinas liberales: Deniq; neq; discendas literas dixit Antisthenes ne frugī effecti peruerterēt alienis. Tollunt & geometriam & musicam: & cætera id genus. Nempe. n. & Diogenes cuidam ostendenti sibi horoscopium: utile sane inuētum ait ne priuemur cæna: ad eum uero qui musicam sibi præferebat ait: Nam viroꝝ sententijs bene se habēt vrbes atq; domus non cātibus nec pulſibus. Placet eis & finem esse fm̄ virtutem viuere: ut Antisthenes ait in Hercule: similiter ut stoicis. Nam societas quædam est inter has duas sectas: vnde & cynisūnum dixere breuem viam: atq; ita vixit & Zeno citticus. Placet item eis simplex & parabilis victus: quippe qui sobrijs cibarijs vtunt: & solis pallijs: diuitias gloriā nobilitatemq; contēnunt. Itaq; plerumq; herbis & aqua tm̄ frigida vtuntur: operimētisq; fortuitis & dolijs. sicuti Diogenes: qui dicebat deorū esse pprium nihil indigere: eorū uero qui dijs essent similes minimis egere virtutem dicūt esse docibilem: ut in herculem ait Antisthenes: esseq; minime reiſciendū: sed studioſe colendum: ac sine peccato sapiētem & simili amicum: fortunæ quoq; nihil permittēdum. Quæ uero inter virtutē & vitia sunt æquæ: ut Aristochius in differētia appellāt: & isti quidem cynici ſuere. Veniēdum iam ad stoicos: quorū princeps fuit. Zeno Cratis discipulus.

Diogenis Laertij de vitis philosophorum liber Septimus Incipit:

Zeno Citticus.

Eno Mnasei siue Demei filius citticus ex cyprio græca ciuitate phœnicibus frequenter acolis: collo fuit in alteram partē inclinatior: vt refert Timotheus atheniēsis in libro de vitis. Apollonius autē tyrius gracili corpore statu procero & atra cute fuisse illum auctor est. Vnde illum quidā vt Chrysippus in quito prouerbiorum ait: ægyptium palmitem dixit. Crura habuit turgida & imbecilla & infirma. Idcirco & Perseus in cōmentarijs conuiualibus ipsum refert complures cœnas declinasse. Vescēbatur perlibenter ficibus recentibus atq; ad solem passis: Auditorq; vt dictum est. Cratis fuit. Deinde Stilponem et audisse & Xenocratem decēnio perpetuo non desunt qui affirmant: sicut Timotheus in dione: Polemonis itidem frequētas auditorium. Porro Hecaton & Apollonius tyrius in primo de Zenone libro scribit: cum oraculū cōsulisset: quo pacto viuere optime posset: respōdisse deum: si mortuis colore concors esset. Quod ille cū intellexisset se ad legēdos antiquorū libros magno contulisse studio. Deniq; cratis hoc modo familiaritate vsus est. Purpuram ex phœnice mercatus aduectans ad pīreum naufragium fecit. Ea iactura subtristior factus athenas ascendit ānos triginta natus seditq; penes librorū venditorem. Legente autē illo sūm Xenophontis cōmentariorum delectatus ille & iam latior sciscitari pergit: vbinam eiusmodi viri morarentur. Opportune tunc prætereunte Crate: digito illum bibliopola ostendēs hunc inquit sequere. Ex eo iam Cratis auditor erat. Alias quidem aptissimus ad philosophiam: verē verēcūdior q̄ vt se ad impudētiā cynicā conferre posset. Id vbi animaduertit Crates: curare etiam in hoc illum studēs ollam lēricula refertā dedit: vt per ceramicum ferret. Cum autē videret pudescere illū atq; verēcūdari: baculo ictā perfregit ollā. Illo fugiente & lēricula per crura defluente: quid inquit fugis puniceolum: nihil mali passus es. Aliquādiu igitur audiuit Cratem: quo tēpore cum scripsisset de repu. quidā iocantes aiebāt in cauda canis illū scripsisse. Præterea scripsit & ista. De vita sūm naturam de appetitu: siue de hoīs natura. de perturbatiōibus: vel de vitijs. de officio. de lege. de graeca peritia. de aspectu. de toto. de signis: siue de notis. Pythagorica vniuersalia. de dictiōibus. Problemātū homericorū. v. de poetica auditione. Est ipsius itē & ars & solutiones & argumēta. ij. cōmentaria Cratis moralia atq; isti quidē libri eius sunt. Postremo discessit: & quos prædiximus audiuit ad viginti annos: vbi & illum dixisse ferunt. Tunc secūdis ventis nauigauit quādo naufragium feci. Alij sub Crate hoc dixisse aiūt: Quam bene fortuna fecit: quæ nos philosophiæ applicauit. Alij dum athenis diuersaretur audito naufragio dixisse illum ferunt: Recte sane agit fortuna quæ nos ad philosophiam impulit. Quidam deposito athenis onere sic demum ad philosophiam fuisse conuersum. Vertens igitur se ad porticum variā quæ & pelianacta appellabatur: ex varia & multæ scientiæ pictura polygnoti oronem formabat volēs & locum illum stabilem facere: nullisq; seditionibus vltra violabilē. Namq; ad mille quadringētos triginta ciues ibi fuerant necati. Eo igitur ad illum audiēdum discipuli iā confluebāt atq; ideo stoici vocati sunt etiam qui ab ipso antea zenonij appellabātur: vt epicurus in epistolis ait. Siquidem & ante illum stoici qui in illa morabātur: poetæ dicti erant: vt ait Eratosthenes in octauo de antiqua comœdia: a quibus multū incrementū ea appellatio accepit. Enimvero sūmo in honore apud athenienses habebatur Zeno: adeo vt vrbis ac mœniū apud illum clauēs deponerent. coronaq; aurea & area imagine honora-

rent. Hoc autem & ciues ipsius fecisse ferunt magno sibi ornamento fore viri imaginē existimantes. Amplectebantur illū & sydonij cittici. Suscipiebat illū & Antigonus: & si qñ athenas contēdisset: auditor eius erat: multūq; orabat vt se ad eū cōferret. Id ille quidē facere renuit. Cēterq; Perseum vnū ex familiaribus misit Demetrii filiū genere citticū: quippe olympiade. cxxx. florebat Zenone iā sene. Est autē hic textus eplę Antigoni: vt refert Apollonius tyrius in his quę de Zenone scripsit.

¶ Rex Antigonus Zenoni philosopho salutem.

Go fortuna me quidē & gloria vitā tuam anteire existimo. Cēterq; disciplinīs studiisq; liberalibus & perfecta fœlicitate quā tute possides lōge abs te præcellis sentio. Quocirca te orare statui vt ad me proficiscaris: id mihi persuadēs te preces meas minime irritas fieri passus. Tu igitur modis oībus enitere vt tuo cōtubernio fruamur: hoc p certo habens: te non mei tm̃: sed oīum simul macedonū eruditore fore. Nā qui macedonię regem erudit: atq; ad virtutē imbuir: eū & subditos quosq; instruere ad fortitudinē & probitatem certū est. Nā cuiusmodi fuerit dux tales vt plurimū subditos fieri necesse est. Vale. Ad hęc Zeno ita respondit.

¶ Zeno Antigono regi salutem:

Mplector tuū maxime discēdi studium: q; verā: vtilem atq; necessariam: nō popularē: & quā ad peruertēdos mores tendit: eruditionē apprehēdere instituis. Qui. n. philosophiæ amore ac studio tenetur: declinatq; celebrem illā & vulgare voluptatem: quā quorūdam adulescētuloꝝ aīos efœminat: eū nō natura mō nobilitatē tueri: verū quidē virtutis quoq; instituto manifestū est. Porro liberali ac nobili ingenio si adiiciat modica exercitatio: neq; desit præceptoris copia: mature ad pfectam virtutis euadit frugē. Egdē nisi senectus mihi obliſteret: sum. n. octogenarius: corpusq; præterea inualidū ipse ad te pergerē: vt iubes. qā vero id non datur quosdā ex cōtubernalibus meis ad te mitto: q animi bonis me minime inferiores sūt: & corporis etiā cōmodis exuperant. His si tu studiosē cōgrediare: nihil quod ad verā pertinet beatitudinē desiderabis. Vale. Misit autē perseum quē prædiximus thebanūq; Philonidā. Vtriusq; horū Epicurus mētionem facit in epistola ad Aristobulū fratrem: cōgressosq; Antigono memorat. Placuit atheniēsum quoq; de illo decretū: quoniā est memorabile subnectere. Est autē huiusmodi decretū. Arrenida principe ac amādīs tribus qñto magistratu mamecterionis decima magistratus tertiadecima præsidērium conciorata decreuit Hippiō eratistotelis Xypeteō & cæteri primarij. Thraso thrasonis filius anaclicus dixit. Quoniā Zeno Mnasei filius citticus complures annos in ciuitate philosophie versatus est: atq; in oībus vir bonus esse perſtitit: ac iuuenes qui ad illum disciplinæ causa conuenerūt ad virtutem & frugalitē exhortādo: ad ea quę sunt optima incēdit: vitam suā verbis ac doctrinā suę consentaneā exemplar omnibus proponens: bona fortuna visum ē plebi laudare Zenonē Mnasei filium citticum & aurea coronā coronare secūdum legem virtutis ac temperatię gratia: prætereaq; cōstruere illi sepulchram in ceramico. Publicæ coronæ autem faciendæ ex ædificandiq; tumuli plebem iam quinq; viros ex atheniensibus eligere qui curam habeāt. Decretumq; hoc scribam Plebis inscribere columnis duabus: licereq; sibi alteram in academia: alteram in lycio ponere. Sumptus vero columnarum distribuere eum qui negocijs præest. Vt omnes intelligant atheniensem plebem bonos viros & viuos & defunctos honorare. Ad huiusmodi autem structuram electi sunt Thraso anacicus: Philocles piræus: Phædrus anaphlystius: Melon acharneus & Micythus sypalleteus. hoc exemplar decreti fuit: Refert autem Antigonus carystius ipsum se non negare citticum. Nam cū vnus eorū

Laus Greg.

*Allegorizans res et iura
et personarum immo hor.
vult honorare philosophum.*

e numero fuerit atq; in colūna descriptus sit: qui ad lauacri structuram cōtulere in statua Zenonis philosophi vt etiam citticus adiciere orauit. Cū vero fecisset aliquñ vasculo cauū operculū. circūferebat pecuniā: vt Crates praeceptor promptū haberet ac paratum necessariū victum. A iunt illū plusq; mille talenta habuisse cū venit in grāciam: atq; nauti scenerari solitum. Edebatq; modice panē. & mel: & suauis vini paululū bibeat: Pueris semel fere aut bis vsus est: & ancillula quadam ne sexū odisse videretur. Eādem quoq; domū ipse & perseus vna habuit. Is cum aliquñ tibicinā mulierem ad eū induxisset: ab se raptam ad perseū abduxit: eratq; ad illum aditus facilis: neq; ipse difficile quo quisq; vellet circūducebat adeo vt saepe apud eū Antigono canaret rex: atq; ad Aristoclem cytharcedū ad conuiuium cū illo vna pergeret. Sensim tñ id euitasse traditur: ac declinasse ne nimis esset popularis. adeo vt in summo gradu consideret: deuitans vel alterā perturbatiōis partem: neq; vero cū pluribus q̄ duobus vel tribus ambulabat. Quibusdā vero vt Cleanthes ait in libro de aere iubeat as dare circūstantes: vt ne sibi molesti essent. Pluribusq; circūstantibus ostendēs in porticu in sūmo ligneā arcū circumferentiā: hāc ait aliquñ in medio erat exposita: quia vero impedimēto erat: seorsū posita est: & vos igitur vosmet ex medio tollētes minus molestiaq; nobis adibebitis. Demochare autē Lachetis filio salutāte illum ac dicente si qd opus haberet: dicturq; se ac scripturq; Antigono p̄bituro oīa: indignatus contra illi congressus nō est. Fertur autē post Zenonis mortē antigonum dixisse: quale spectaculū perdidi. Vnde & atheniensibus per Thrasonē legatū vt in ceramico illi sepulturā facerent petijt: Interrogat autē cur illū adeo admiraretur: quā inquit cū illi a me multa & magna saepe data sint: nunq̄ emollitus est: neq; humilis apparuit. Erat autē & ad inquirendū solers subtilisq; in oībus ac diligens in differēdo: Vnde & Timon in sillis ait. Et phoenicē vidi auiculā in adumbrato fastu cunctoꝝ auidam. Fluebat autē eius sensim semen: mentēq; cālo habuit minorē. Diligenter autē & accurate cū Philōe dialectico se exercebat: atq; vna vacabat. Vnde nō minori admirationi apud iuniorē Zenonem est habitus q̄ diodorus praeceptor eius. Erāt cū ipso & nudi quidā & sordidi hoīes vt ait Timon. vbi pauperū congesti nubē qui oīum erant egētissimi leuissimiq; ciuium viri. Enimuero gestus ipsius subtristior grauiusq; & acer fuit Vnde & rugabat frōtē & ora cōtrahebat. Vili praeerea valde apparatu erat: & qui barbaricā tenuitatē redoleret: idq; sub prae-textu frugalitatis faciebat. Si quē obiurgasset: circūcise id ac breuiter: neq; nimīū: sed veluti ex longinquo faciebat: vt exēpli gratia de eo qui se nimio studio cōponeret aliquñ ait. Cū. n. ille vehiculum quoddā lēte segniterq; transcēderet: merito inq̄ suspectū habet lutū: neq; n. se in illo veluti in speculo intueri pōt. Cū vero cynicus quispiā oleū se in vasculo non hīe diceret: atq; ab eo postulare: se minime daturq; asseuerauit: ab eūtem vero animaduertente iussit: vter esset ipudētior. Amatorie autē chremonidæ affectus ipso & Cleanthe assistentibus surrexit: cūq; admiraret cleāthes ait & medicos optimos audio dicētes: praeclarq; esse ad tumores quosq; remediū quietē: Duobus in cōuiuio iuxta se recūbentibꝫ cum is qui sibi adiacebat inferiorē socium pulsaret pede: ipse hunc pulsauit genu: Conuerso illi qd ergo ait illū abs te pati arbitraris qui sub te ē? Ad eū q̄ pueros amabat: neq; magistros habere sensum ait si semp inter pueros versentur: neq; illos. Dicebat autē eruditorum sermones & imperfectos alexandrinæ pecuniæ esse similes. Nam gratos quidē oculis ac pictos monetē instar: nihilo tamen idcirco esse meliores. Eos vero qui secus essent tetradrachmis atticis assimulabat: temere quidem ac rustice incis: sed q̄ pictam orōnem superare possint. Aristone autē discipulo non satis vaniter multa: quēdam etiā temere audaciter q̄ differente: possibile non esset inquit ita dicere: nisi ebrius

te genuisset pater. Vnde ipsum etiam loquacem appellabat. Brevis ipse in loquendo & circūcisus. Edaci cuidam nihil obsoniorū socijs interconuiuandum relinquenti appositum ingētem piscem sustulit: solusq; comedere aggressus est. Cū ille in eum intueretur quid ergo ait socios quotidie tolerare arbitraris: si tu meam edacitatē ferre non uales? Adolēscētem instantius q̄ per ætatem conueniret: quiddam inquirētem admoto speculo iussit inspicere: rogauit deinde num sibi videretur ei faciei cōgruere tales quæstiones. Dicente sibi quodā Antisthenis sibi complura minime placere adducto in mediū Sophoclis testimonio: rogauit num sibi bona quædā etiam habere videretur. Illo se nescire dicente: non piget inquit si quid ab Antisthene maledictū sit: hoc idagare & memoriter tenere: si quid vero boni negligere neq; meminisse uelle? Cuidam breuia eē philosophorū dicta asserenti. vera inquit loqueris: oportet nempe si fieri possit breues esse illoꝝ & syllabas. Dicēte sibi quodam de Polemone q; alia pponeret: & alia loqueretur: substomachās quanti. n. inquit faciebat quæ dabātur. Opere preciiū esse dicebat eum qui disputaret in morē histrionum voce viribusq; magnum esse os tñ aperire non immodice: quod ij faciunt qui plurima loquūtur quidem: sed ea bene dicere nō possūt his qui bene dicerent locū minime relinquendū veluti præclaris opificibus ad dispiciēdum. Cōtra vero auditorem sic eis quæ dicūtur intētum esse oportere: vt non vacet illi ad notas faciēdas. Adulēscēti loquaciori aures inquit tuæ in linguā confluxere. Formoso cuidam dicenti nō videri sibi amaturū sapientem: nihil ait vobis formosis esset in felicius. Dicebat & philosophorū plurimos multis in rebus esse insipientes: in paruis fortuitisq; imperitos. Adijciebatq; Capheij illud: qui cū aīaduēteret quendam ex discipulis inflatum atq; turgidū percutiens dixit: non si magnus fueris: bonus eris: sed si bonus magnus. Adulēscēte quodam audacius loquēte: dicere inquit nō possum adulēscens quæ occurrunt mihi. Rhodio cuidam formoso atq; diuiti: alias vero nihil idoneo cū vellet apperire ad philosophiam aditum primo quidē super gradus concisos sedere illū fecit: vt chlamidem scēdaret: postmodū vero in paupēꝝ locum introduxit vt inter pannos eorū versaretur: postremo recessit adulēscens: Nihil fastu esse indecentiꝝ dicebat: idq; cum in cæteris: tum in iuuenibus maxime. Monebat nō circa voces & vocabula memoriā sed circa intelligētiam mentē exercere oportere. Vt ne veluti lixaturam quandā assumamus. Cōuenire maxime iuuenibus dicebat in oībus vtī summa honestate: habitu: incessu: amictu: habebatq; semper in ore Euripidis de napeo versus q; opes quidem illi fuerint: sed opibꝝ elatus non incesserit: neq; plus fastus habuerit q̄ egens vir. Dicebat ad perceptionem disciplinæ nihil esse alieniꝝ poetica nulliusq; nos rei maiorem inopiā perpeti q̄ temporis. Interrogatus quis esset amicꝝ: alter inqt ego. Seruum in furto vi aiunt deprehēsum verberabat: cūq; ille diceret: fatale mihi erat furari & cædi inquit: Pulchritudinē dixit vocis florem esse. alij vero pulchritudinis vocē. Cum familiarīū cuiusdam paruulū liuētem aspexit: video inqt ad illum tui furoris vestigia. Cuidam vnguētis delibuto quis ait mulierem olet? Dionysio cuidā querēti cur se solum non corrigeret: quia inquit tibi minus credo. Inepta plurima loquenti adulēscētulo idcirco inquit aures habemus duas & os vnum vt plura audiamus: loquamur pauca. In conuiuio tacitus sedebat: percontātī causam: nūtiā inquit regi adesse quendam qui tacere sciat. Qui autē interrogabant legati a Ptolemæo aduenerant: & discere cupiebāt quid de illo regi nūciarent. Interrogatus quonam eēt animo aduersus maledicta: dixit veluti legatus absq; respōso remittat. Refert Apollonius tyrius q; cū Crates eū per palliū a stilpōne retraheret: dixerit o Crates aptissima philosophorū captura est quæ fit per aures: persuadens igit trahe: quod si per vim egeris: corpus quidem

apud te sed animus apud stilponem erit. Versatum illum & cum diodoro Hippobolus auctor est: penes quē & dialecticā studuit. Iam vero p̄ficiens atq; p̄uectus Polemonis frequēbat auditorium calcandi fastus cā. Deniq; illum dixisse ferunt. Non latet nos Zeno te per orti ianuas irripere furariq; dogmata. eaq; phoenicū tibi more circundare. Fert̄ cum dialecticus sibi septē species dialectices *ὑπερισπαστικῆς*. in sermone demonstrasset: interrogasse quidnam sibi mercedis dari vellet: poscentiq; centū ducentū dedisse: tanto discendi amore tenebat̄. Aiunt illum primum *καρῆκον*. i. officium vocasse librumq; de illo scripsisse. Hesiodi itē versus mutare solitum in hanc sniam. Optimus ille q̄dem qui paret rite docenti. Clarus & ille q̄dem est qui ipse cuncta dinoscit: Præstantiorem. n. eum esse qui bene q̄d dicitur audire possit atq; eo vti: q̄q; per seipsū oīa assequitur: huic. n. solam adesse intelligentiam: qui vero obtemperet inesse præterea & actum: Rogatus cur seuerus cum esset: in conuiuio tñ hilaresceret: & lupini ait cum sint amari. perfusi tñ aqua adulescūt. Porro Hecaton scribit in. ij. chriax eiusmodi consortia non libenter admittere solitum: ac dicere melius eē pedibus q̄ lingua labi: bene paulatim fieri non tñ pagē esse. hoc alij Socratis dicunt. Erat aut̄ patientissimus & simplicissimū victus: crudisq; tñ cibis utebatur & tenui pallio: ita vt de illo diceret̄: q̄ eum neq; sæua hiems: nec gelidus imber: non dura vis morbi domuerit: neq; torridus sol. non vt his quę vulgo placent raperet̄ sed studijs altis quibus solis intentus vigilaret die noctuq;. Comici tñ imprudens hunc dum vituperāte laudant. Namq; Philemon sic comœdia philosophis ait panis caricæ obsonio: & potui aqua philosophiæ nouum hoc inuexit genus: Esuriem docet & discipulos capit. Alij Posidippū putant. Iam vero ferme & in puerbium transijt: dicebatur deniq; in ipso philosopho continentior: zenone: Sed & posidippus in translatis itaq; diebus decem Zenone continentius. Re. n. vera oēs transcēdebat ea spē & honestate magna q; scēlitate. Quippe nonagesimo octauo ætatis suæ anno vita excessit incolumis atq; integer ac sine morbo. Perseus aut̄ in scholis moralibus septuaginta duorū annorū migrasse tradit ex vita. Athenas quippe concessisse ætatis anno. xxii. Quinquaginta vero & octo annos scholę præfuisse Appollonius auctor est. Sic aut̄ obiit. Cum abijret e schola offendit digitumq; perfregit. Manu vero terram feriēs dixit illud ex niobe venio: quid me vocas: cōtinuo q; se strangulans interiit. Athenienses aut̄ illum in ceramico sepelierūt decretisq; vt prædiximus honorauerunt: virtutis illi testimonium reddentes. Diximus quemadmodū mortuus est Zeno: & nos in pаметro hoc modo:

Citticus hic patriæ Zeno gratus adiuit olimpum:

Non ope fessa sua pelion ossa tulit:

Herculis & numerum certamina dura subiuit:

In cælum inuenit dulce modestus iter.

¶ Et Antipatrus sidonius sic fecit.

Citticus extinctus Zeno: longā ætate solutum

Fama refert: alij sed periisse fame.

Aliter q; terram feriens: quid me petis? vltro

Vado ego: sunt hæc de funere nota suo:

¶ Zenodotus stoicus zenonis discipulus aliud sic fecit:

Tu zeno diuitijs voluisti viuere spretis:

Quod tibi sat essent tempora crura gerens.

Pugnasti ingenio: inuenisti mascula verba:

Et tibi libertas dulcis amica fuit.

Si phœnix patria est cadmo quo gr̃acia seruat.

Scripturam tabulam: quæso quid inuidiæ?

Communiter autem de oibus stoicis Athenæus epigrammatum scriptor sic dixit.

Stoicidæ menti solum æui fertis honestum.

O q̃ dogma bonum vestra tabella tenet.

Hoc etenim solum vita est seruata virorum.

Mœnia & hostili ruta fuere manu.

Meta viris alijs dulcis sit passio carnis

Vna viris dixit filia inmemosines.

Refert demetrius magnæsius in æquiucis Mnaseã huius patrẽ sepe quippe mercato-
rem athenas aduentantẽ cõplures socraticos libros zenonis adhuc puero inde aduexis-
se. Iãq; tunc in p̃ia philosophiæ desiderio flagrantẽ athenas prerexisse: Cratq; cõgres-
sum esse. Videſ aut inquit & ipse circa negationes errantiũ finẽ statuisse. Sed & p cap-
parim fert deierasse sicuti & Socrates p canem. Quidam tñ ex qbus est Cassius sce-
ptius in plurimis zenonẽ accusant. Primo qdem cur disciplinas liberales inutiles denũ-
ciet in principio suæ reipu. Secũdo cur inimicos & hostes & seruos & alienos sibi inui-
cem dicat oēs qui pbitati nõ studeant & pntes filioꝝ & fratres fratrũ & ppinquos p
pinquos. Rursusq; in repu. cõmendat ciues & amicos & ppinquos ac liberos solos es-
se q sint studiosi. Stoicis itaq; parentes ac liberi inimici sunt: nõ. n. sunt sapientes: vxo
resq; cões itidem in repu. statuatur: ac fm ducentos neq; sacra neq; iudicia neq; gymnasia
in vrbibus cõstrui permittat; atq; ita de moneta scribat. Numũ vero neq; cõmutandi
gratia neq; peregrinationis cã parari arbitrandũ est: eandemq; vestem viros ac mulie-
res indui p̃cipiat nullamq; corporis nudare partẽ: Porro hanc eius esse r̃epu. & Chry-
sippus in libro de repu. scribit. de amatorijs itẽ differuit in principio libri q; inscribitur
ars amatoria. Similia idẽtĩdẽ scribit in diatribis: Huiusmodi quædã sunt apud Cas-
sium: itemq; apud Hesiodum rhetorẽ pergamenũ qui ẽt abscissa ex libris quẽ male sen-
tirent ac dicerẽt stoici tradit ab Athenodoro stoico custode bibliotecæ pergamenæ: de
inde re inserta esse deprehenso ac picitante Athenodoro. hæcenus de his Fuerunt autẽ
octo zenones. Primus eleates de quo dicemus. Secũdus hic ipse. Tertius rhodius qui
locoꝝ scripsit historiã. Quartus historicus qui Pyrrhi in italia gesta cõscripsit: epitomẽq;
romanaz & carthaginensium regz: Quintus Chrysippi discipulus: q; liberos qui
dem scripsit ppaucos: sed cõplures discipulos reliq;. Sextus medicus herophileus in-
telligentiæ acuminæ potius q; scriptura mirabilis. Septimus grãmaticus cuius iter cæ-
tera ẽt epigrãmata ferũtur. Octauus sidonius genere philosophus epicureus sensu &
elocutione clarus atq; aptus. zenonis vero discipuli fuere q; plures: hi tñ nobiliores Per-
seus Demetrii filius citticus. Hunc alij qdem necessarium: alij vero famulũ illius tra-
dunt: vnũq; exis q; ad scribendos libros missi sibi ad Antigono fuerat: cuius & filij al-
cyonei nutritior fuerit. Eius igitẽ experimentũ cum aliqñ capere Antigonus vellet: falso
sibi nunciari fecit p̃dia sua ab hostibus fuisse direpta: & cũ tristior effectus eẽt: vides in-
qt diuitias nõ eẽ idifferẽtes. Ferũt ei ista volũina. De regno laconica respu. de nuptijs
de impietate Thyestes: de amoribus. Exhortatorij $\lambda\iota\alpha\tau\pi\beta\omega\tilde{\nu}\chi\pi\epsilon\iota\omega\tilde{\nu}$. iiii. Cõmentaria
in platonis leges. vij. Aristo multitudines chiũsq; $\alpha\lambda\iota\alpha\phi\omicron\rho\iota\tau\alpha\tilde{\nu}$ indifferentiã inuexit. Heri-
lus calcedonius qui finẽ dixit esse sciam Dionysius q; inuoluptatẽ transtulit: Nã ob ve-
hementẽ lippitudinẽ piguit iã dolorẽ dicere indifferẽtẽ: Fuit autẽ Heracleotes. phacr⁹
bosphoranus. Cleãthes phanij filius asius q; illi i scholẽ successit regimine. Hũc ille ce-
reis duriorib⁹ tabulis cõparare solebat. q; nix qdẽ & cũ difficultate scribunt: sed quẽ in

scripta fuerint seruant diutius. Porro sphaerus post zenonis mortem Cleanthis item auditor fuit: dicemusq; de illo cū ad Cleanthē venerimus. Erant autē & isti discipuli zenonis: vt Hippobotus ait: Athenodorus solēsis Philonides thebanus Calippus corinthius Possidonius alexādrinus zeno sidonius. Cōiter vero de dogmatib⁹ stoicis oibus in zenonis vita mihi dicēdum putauī: q; is eius secte auctor fuerit. Sunt qdem eius & quos p̄diximus liberi in qb⁹ ita locut⁹ est vt stoicorū nemo. Porro dogmata siue decreta sunt ista cōiter. Dicemus autē summam vt in alijs cōsueuimus facere: Triptitam esse dicunt philosophiā rōnem: aliam qppe physicē: ethicē aliā: tertiam logicen dici. Sic autē primus diuisit zeno citticus in libro de oratiōe. Chrysippusq; in p° de oratione: atq; in p° physicorū: Appollodorus item ephilus in p° introductiōum ad dogmata. Eudroniusq; in morali institutione. Diogenesq; babylonius possidonius. Has vero ptes Appollodorus qdem locos vocat: Chrysippus vero atq; Eudronius species: alij genera. Enimvero philosophiā animātī similem dicūt: ossib⁹ ac neruis logicē: carnib⁹ ethicē: animā physicen assimilātes: Siue rursus ouo: esse qppe ouisuperticiem logicen: sequetiā ethicen: intima & penitus abstrusa physicen: seu agro frugifero: qppe circuncētam sepē logicem: fructū ethicen: humū siue arbores physicen. Siue ciuitati muris optimis septā rationabiliterq; administratā: Neutrā vero partem p̄ferri alteri: sicut qdam eorū mixtas arbitrant: easq; confuse ac permixte tradūt. Alij vero logicen primā: secundā physicen: terciā ethicen statuunt. Ex qbus ē Zeno in libro de rōne & chrysippus & archidemus & eudronius. Ptolemacēsis vero Diogenes ab ethicis inchoat. Appollodorus autē ethicā secundo ī loco cōstituit. Porro Panætius & Possidonius a physicis initia sumunt: vt phanius inqt possidonij necessariū in principio possidonij q de scholis inscribit. Ceterū cleāthes sex philosophiā ptes ait: dialecticā: oratoriam moralem: ciuile: naturalem theologicā. Alij has partis non rōnis verū philosophiē ipsius tradunt: vt zeno tarsensis. At logicā partem in binas disciplinas diuidi pleriq; autumant: rhetoricā atq; dialecticā. Quidā vero & indidiffinitam spēm quā de regulis est atq; iudicijs. Alij diffinitā ipsam diuidunt. nā de regulis atq; iudicijs partē assument ad inueniendā veritatem. in ipsa. n. phantasiarū differentias dirigunt. Eandē itidē diffinitiuā ad agnitiōē veritatis qppe per notiores res accipiunt. Porro rhetoricenq; ars ē bene dicendi circa oratiōem ad persuadendū idoneā. Dialecticā vero recte differendi sciām circa oratiōē quā in interrogatiōe & responsiōe consistit. versari dicūt. Quocirca ipsam ita diffiniunt sciām veri falsiq; & neutrius: ac rhetoricē qdem ipsam tripartitam esse dicunt: aliam qppe deliberatiuā: aliam iudicialē: tertiam demonstratiuā. Diuidi autē in inuentionē & elocutionē dispositionem & actionē: Orationem autē rhetoricam in exordiū & narrationē & cōfutationem & epilogum. Ceterū dialecticam diuidi in figuram eorū quē significant: & vocis locū: & locū qdem eorū qui significant diuidi in figuram eorū quāq; fingunt atq; eis subsistunt: & ijs enūciationibus atq; ex se perfectis & p̄dicamentis & similibus rectisq; atq; supinis generib⁹ atq; spēbus: similiter & ex orationibus ex modis atq; syllogismis. ex eis itē quā prāter vocē & res sunt sophismatibus: vt sunt sermones falsi atq; veri & negantes socratici & his similes deficientes & ambigui & concludentes & obscuri cornuti & vtides nihil īportantes metentes. Esse autē dialecticā locum p̄prium quē p̄diximus de voce ipsa: in quo ostendit littera vox & quādā orationis ptes: ac de solēcismo & barbarismo & poematibus & amphibolijs: & de canora voce & de musica & de terminis fm quosdam diuisionibusq; & dictiōibus. Aut aut vtilissimam esse: syllogismorū intelligentiam ac subtilitatem: qppe demonstratiuum ostendere: idq; multū ad emendationem dogmatū cōferre: ordinemq; & memoriā

doctum assumptum iudicare: esse autem hanc orationem & ad cogendum & ad conclu-
dendum idoneam: porro syllogismum orationem rationem ex his constare demon-
strationem orationem esse per ea quae magis comprehendunt id quod minus comprehenditur
de omnibus colligentem: phantasia vero impressam in animo nonis figuram proprie translativam
figuris quae in cetera per anulum fiunt. Verum phantasia aliam esse comprehendere: aliam vero com-
prehendere non posse: comprehendere quidem eam quam res esse iudicium dicunt: quae fiat ab
existente secundum ipsum existens insignita atque impressam altius: non comprehendere vero eam quae
aut non ab existente aut ab existente quidem non autem secundum ipsum existens perficiatur. Ipsam vero dia-
lecticam esse necessariam: virtutemque in specie virtutes continentem ἀπροπτοσίαν: sciam. scilicet
qua docemur quoniam consentire oporteat: & quoniam retinere consensum. Porro ἀνεικα όητα,
validam orationem ad id quod decet: ne in pertinenti argumento cedamus itidem νελεγειαν,
quam dicunt vim esse orationis ne ab ipsa in contrarium abducamur. quam autem appellat.
ἀναταόητα, habitum esse aduersus futile argumentum: intellectum ad rectam rationem
referentem: Ipsamque scientiam dicunt aut certam comprehensionem siue habitum in intel-
lectum susceptione nihil a ratione deuiantem. Ceterum absque dialectica speculatione sapien-
tem in oratione sine lapsu non futurum. Quippe ex illa dinosci verum atque falsum probabileque
& quod ambigue dicatur intelligi. Ea remora fas non esse rite interrogare atque respondere:
sed pertingere eam quae in negationibus est temeritatem: ad ea est quae fiunt adeo ut in absur-
ditatem ac vanitatem vertantur qui phantasias minime exercitas habent: Neque aliter acu-
tum & ingeniosum cautumque omnino in dicendo & fore & visum iri sapientem. Eiusdem. n. ef-
se recte & loqui recteque cogitare: eiusdemque ad ea quae proponant differere. & ad ea quae in-
terrogant respondere: quae sint omnia viri dialecticae praecepta. Haec igitur in eis quae ratione colli-
guntur summam illis visa sunt: atque ut et particularia non omittamus: & ista quae secundum il-
los ad institutionis artem tendunt adiciamus: quae ipsa ad verbum diocles magnesius in
excursione philosophorum ponit dicens ita. Placet stoicis orationem de intellectu ac sensu
praeposere in ordine velut iudicium quoddam: quo res veritas noscitur secundum genus phanta-
sia est: & secundum quod oratio de consensione & comprehensione & intelligentia praecedens:
Cetera non absque phantasia constat: ea quippe praecedunt. Deinde mens cuius officium sit
enunciare quod a phantasia patitur exprimit verbo. Differt autem phantasia a phantasma-
te. phantasma. n. visum animi est cuiusmodi in somniis fit: phantasia vero est forma in
animo impressio. id est imitatio: sicut Crisippus in. xii. commendat. neque. n. suscipiendum est for-
mationem homini esse veluti sigilli formam. Nam possibile non est figuras plurimas eodem
in loco simul fieri. Intelligitur autem phantasia ea esse quae ab existente secundum existens impres-
sa formata atque insignita est: qualis perfecto non fieret a non existente. Enimvero phantasia-
rum iuxta illos aliae sensibiles sunt: aliae non. Sensibiles quidem quae per sensus siue sen-
sum accipiuntur: Non sensibiles autem illae sunt quae percipiuntur animo veluti incorporeorum
res & eorum quae ratione tantum accipiuntur. Porro sensibiles ab his quae existunt cum cessio-
ne & consensione fiunt. Sunt autem phantasiae et euidetiae quae ab existentibus rebus quo-
modo libet fiunt. Praeterea phantasiae aliae sunt rationales: aliae irrationales: rationales quae-
dem rationalium animalium: irrationales irrationalium sunt. Rationales igitur intelli-
gentiae sunt irrationales nomen hactenus non habent. Et aliae quidem artificiales sunt:
aliae autem in artem non cadunt: aliter quidem ab artifice spectatur imago: aliter ab artis im-
perito. At vero sensus secundum stoicos dicitur spiritus a principali ad sensum pertingens & quae
per illos fit comprehensio: sensumque ipsorum opificum: secundum quod plerique fiunt debiles.
Actioque ipsa sensus appellatur. Ceterum comprehensio secundum illos fit sensu quidem ut al-
bi & nigri lenis & asperi. Ratione vero eorum quae ex demonstratione colliguntur: pu-

ta deos esse: eosq; humanis rebus providere: Nam quæ intelliguntur partim per incidentiam: partim per similitudinem. alia per rationem: alia per compositionem: quædam per cōtrarietatem intellecta & aīaduersa sunt: Per incidentiam quidem sensibilia intellecta sunt: per similitudinem vero quæ ab adiacente aliqua re: vt socrates ex imagine: per rationem aut ex incremento qdem vt titius ac cyclops: ex detrimēto at vt pygma⁹. Sed ad cētrū terræ ex pportione intellectum ē a minoribus orbibus. Per trāslationem vero vt ī pectore oculi: per cōpositionem aut hippocentaurus intelligit: & per aduersationem mors. Nōnulla item per transitionem intelligunt: vt quæ dicta sunt & locus. Naturaliter aut iustum quidpiam & bonum noscit: & per priuationē vt mācus. Hæc sunt quæ illi de phantasia & sensu & intelligentia tradunt decreta. Astruūt veritatis esse iudicium cōprehensibilem phantasiam: eam. s. quæ ab existente proficiscitur: vt Crysiippus in. xij. phisicorū tradit: & Antipater & Appollodorus. Nā boeth⁹ qdam complura iudicia reliquit mentem sensum appetitionem & sciētiam. Sed enim Chrysiippus ab illo dissenties in primo de oratione iudicium dicit esse sensum & anticipationem. Est aut anticipatio naturalis intelligentia earū rerum quæ vniuersaliter sūt. Alij vero qdam ex antiquioribus stoicis rectam rationem iudicium tradūt: vt Possidonius ait in libro de iudicio. Verū. n. dialecticæ speculationis concorditer videtur plurimis incipiēda a vocis loco disputatio. Est aut vox aer ictus siue auditus sensibile proprium vt ait Diogenes babylonius in arte quam de voce scripsit. Animalis qdem vox: est aer ex impetu percussus: hominis aut vox est articulata vox: & quæ ex mente proficiscit. vt ait Diogenes: quæ a. xiiij. ætatis anno consumatur. Sed & corpus est vox fm stoicos. vt ait Archademus in libro de voce: & diogenes & antipater & chrysiippus in. ij. naturalium. Omne. n. quod facit aliquid corpus est: facit aut vox quæ a loquentibus ad auditores pertēdit. Dictio aut fm stoicos vt diogenes ait: vox litterata est vt dies est. Oratio aut vox significatiua quæ ex mente proficiscitur. Loquutio est dictio expressa iuxta gentium varietatem: vt græce. ημερα. latine dies. Dictionis vero elementa: xxiiij. litteræ sunt apud græcos. Dicitur aut littera tripliciter elemētum scilicet figura & nomen: puta. a. Porro quinque sunt vocalia elementa. s. a. e. i. o. u. Mutæ sex. b. c. d. g. p. t. Differt aut vox a dictione. Nam vox quidem & sonus est: fit. n. dictio nihil significans: vt blytiri: non sic aut oratio. Differunt item dicere ac pronunciare. Nam pferuntur voces: dicuntur aut res quæ dici possunt. Orationis vero quinque sunt partes: vt ait Diogenes in libro de voce. Chrysiippusq; nomen appellatio: verbum: cōiunctio: articulus. Antipater medium adiecit in libris de dictione & de his quæ dicuntur. Est aut appellatio fm Diogenem pars orationis significās communem qualitatem: vt puta homo equus: Nomen vero est pars orationis significans propriam qualitatem vt puta diogenes socrates: Verbum est pars orationis significans incompositum prædicatum vt Diogenes: vel sicut quidam volunt elementum orationis sine casu significans aliquid constructum de aliquo vel aliquibus vt lego scribo. Coniunctio autem pars orationis est sine casu connectens orationis partes. Porro articulus elementum est orationis casuale distinguens nominum genera & numeros: vt hic homo hæc arbores. Virtutes orationis quinque sunt græcitas: euidentia: breuitas: decentia: compositio. Est igitur græcitas recta fm artem locutio vulgarem consuetudinem penitus repudiāns. Euidentia est dictio nota mentis interpres qua id quod intelligimus aperte loquimur. Breuitas est dictio ipsa rātum quæ sunt necessaria continens ad significationem rei quā molimur. Decentia dictio est cuiq; rei proprie accomodata. Cōpositio dictio est qua rusticitas dicendo deuītatur. Porro ex vitijs barbarismus dictio est præter consuetudinē

felicitium græcorum. Solocissimus autem est oratio incongrue cōstructa. Poema item
 est ut ait Possidonius in ea introductione quam de dictione scripsit dictio numero-
 sa seu metrica siue aptissime iuncta atq; operosa orationis speciem excedens: ut maxi-
 ma tellus & Iouis æther. Poësis autē significatiuum est poema diuinarū humanarū-
 q; regū imitationem complectens. Diffinitio est ut ait Antipater in primo de diffinitio-
 nibus oratio per solutionem perficiendo enunciata: siue ut Chrysippus ait in libro de
 diffinitionibus assignatio. Descriptio autē oratio est figurate ad res inducens: siue diffi-
 nitio diffinitionis vim simplicius & liquidius exprimens. Genus est plurium ac manē-
 tium notionum cōceptio: ut cum dico animal: hoc. n. cuncta per species comprēdit
 animalia: Intelligentia ē phantasma mentis neq; aliquid existens neq; aliquid faciens: sed
 veluti aliquid existens & veluti aliquid faciens: ut puta cum cogitat equus etiam non
 præsens. Species ē quæ sub genere cōtinetur: sicuti sub animalis nomine continetur ho-
 mo. Est autē maxime generalis quæ cum sit genus: genus non habet. Est propria maxi-
 me quæ cum sit species non habet speciem: sicuti Socrates. Est autem generis diuisio
 scissio in continentes species: puta animalium sunt alia rationalia: alia irrationalia:
 Contraria diuisio est generis in speciem scissio per cōtrarium: velut per negationem: ut
 entium quædam sunt bona: quædam vero nō bona. Subdiuisio est diuisio sub diuisio-
 ne: ut illud existentium alia bona sunt alia non bona: eorum autē quæ bona nō sunt alia
 mala sunt: alia indifferētia. Partitio autem est generis in locos ordinatio: ut Crinis ait:
 puta bonorū alia quidem circa aīum: alia circa corpus sunt. Amphibologia dictio est
 duas aut plures res significans per orationem ac pprie & fm eandem cōsuetudinem:
 ut plura simul in eadē dictione capiant: veluti cum dicimus αὐλῆς τριῶς cecidit: signifi-
 catur. n. eadē voce nunc aliquid tale: aula ter cecidit: & nūc tale: tibicina cecidit: incer-
 tum. n. ē de muliere an de domo dicamus. *Dialectica* est ut ait Possidonius verorū fal-
 forumq; neutrorumq; sciētia. *Verſat* autē ipsa: ut Cryſippus ait circa significantia & si-
 gnificata. Hæc igit atq; hmoi stoici de speculatione vocis differunt. Porro in loco qui
 de rebus significatis est construit oratio de his quæ dici possunt & perfectis enunciatis
 ac syllogismis: itemq; de deficientibus & p̄dicamentis rectisq; ac supinis. Aiunt autē il-
 lud dici posse quod fm rationalem subsistat phantasiā. Eorū vero alia dicunt esse p-
 perfecta. alia deficientia: ac deficientia quidem sunt quæ imperfectam habēt enunciationē:
 ut cū dicimus scribit: querit enim quis. Perfecta vero sunt quæ plenam habēt enuncia-
 tionem: veluti cū dicimus. Socrates scribit. Itaq; deficientibus quidem prædicamenta:
 perfectis vero enūciata: syllogissimi: interrogatiōes responsionesq; applicant. Est autē
 prædicatū quod de aliquo enūciat aut res de aliquo aliquibusue cōposita: ut Appol-
 lodorus ait: siue dicēdum deficiens cōstructum recto casu ad enūciati generationem.
 Prædicatorū autē alia quidē sunt accidentia ut nauigare per scopulos: atq; alia quidem
 predicata recta sunt: alia supina: alia neutra. Recta quidem sunt quæ construunt cū
 aliquo ex casibus obliquis ad prædicati generationem: ut ē audit videt loquit. Supina
 vero sunt quæ cum particula passiua construuntur: ut est audior videor. Neutra sunt q̄
 neutro se habēt modo: ut est sapere ambulare. Reciproca in agendo & paciēdo vero
 sunt quæ in supinis supina nō sunt. Sūt autem actiōes cuiusmodi est tondetur se enim
 qui tōdetur complect. ē. Obliqui vero casus sunt genitiuus: datiuus: accusatiuus: ab-
 latiuus. Enūciatum vero id est quod aut verum aut falsum est: aut perfecta res negās
 quātum in seipsa: ut Cryſippus in dialecticis diffinitionibus dixit. Enūciatum est aut
 negans: aut affirmans quātum in se ipso puta dies est Plato ambulat. Appellatiuum
 autem ē græce ἀφωμ.α quod affirmet vel neget: nam q̄ dicit dies est: videtur affirmare

*Descriptio artis
Dialectica*

diem esse: si. n. dies sit verum est quod proponitur enunciatum: si vero non, falsum. Differt aut enunciatum & interrogatio & percontatio & imperatiuum & iurans & substantiuum & appellatiuum & enunciatio simile Enunciatum quippe est quod dicentes edicimus: id aut verum aut falsum est. Interrogatio res est perfecta quidem sicut enunciatio: sed quæ responsionem requirat: ut est an dies est: hoc neque verum neque falsum est. Itaque dum dicimus dies est enunciatio est: dum vero dicimus putas dies est: interrogatio. Percontatio vero res est ad quam signanter respondere non possumus: ita sicut in interrogatio ne: sed dicere in hoc loco habitat. Imperatiuum aut res est quam dicentes imperamus: ut est illud: ad inachi fluentia vade. Iurans est res quam si dicat quispiam perfecto, ut illud est apud Homerus. *ἄτρεϊδῃ κὺ δῖοι· ἔα γὰρ ἄνδρῶν ἄγασσιν ὧν.* Est aut simile pronuntiatio id quod enuncianti plationem habens ex quadam parte pleonasmos seu vitium extra genus enunciatorum cadit: ut illud: pulcherque thalamus quam priamidibus similis bubulcus. Est & ambigua res quedam ab enunciato differens: quam si dicat quispiam ambigat. Ergo ne simile aliquid est dolor atque vita. Neque enim veræ neque falsæ sunt interrogationes & percontationes & his similia. Cum pronunciata aut vera sint aut falsa. Enunciatorum alia simplicia sunt: alia non simplicia: ut ait Chrysippus & Archedemus & Athenodorus & Antipater & Crinis. Simplicia quidem sunt quæ constant ex enunciato non ambiguo: vel ex enunciatis: veluti dies est. Non simplicia aut sunt quæ constant ex enunciato ambiguo: vel ex enunciatis: ex enunciato quidem ambiguo veluti si dies est: ex enunciatis vero si dies est lux est. In simplicibus vero pronuntiatis est & enunciativum. & negatiuum: & priuatiuum: & predicatiuum & infinitum. In his aut quæ simplicia non sunt: est conexum & solutum & implicitum & disiectum & causale: & quod explicat id quod maius est: quodque id quod minus est: & pronuntiati: ut puta non dies est. Est aut huius species quæ super enunciatiua dicitur: ea vero est enunciatiui enunciatiuum ut non dies est: ponit aut dies est. Negatiuum vero est quod constat ex negatiua particula & predicato: ut puta nullus amat. Priuatiuum vero genus est ex priuante particula & enunciato consistens secundum vim: ut inhumanus est hic. Predicatiuum aut est quod constat ex recto casu & predicato: ut hic ambulat. Indisinitum est quod ex indisinita particula: siue ex indisinitis particulis constat: ut qui ambulat ille mouetur. Porro non simplicium enunciatorum coniunctum quidem est: ut Chrysippus in dialecticis & Diogenes in arte dialectica tradunt: quod constat per si coniunctionem coniunctiuam. Pollicetur aut ista coniunctio secundum sequi post primum: ut si dies est lux est. Adiunctum vero est ut Crinis ait in arte dialectica: enunciatum quod a coniunctione quam dependet incipiens a pronuntiato & in enunciatum desinens: puta quoniam dies est lux est. Spondet aut coniunctio ista secundum item sequi post primum: primum quod subsistere: Complexum vero enunciatum est quod complexiuis quibusdam coniunctionibus constat: ut & dies est & lux est. Disiectum aut est quod siue coniunctio disiecta disiungit: ut siue dies est siue nox est. Denunciat aut ista coniunctio alteri enunciatio falsum est. Causale aut est enunciatio quod per quæ connectitur: puta quia dies est lux est. Quasi. n. causa est secundum primum. Declarans aut magis quod dicitur enunciatum est quod construitur per eam coniunctionem quam magis declarat & media enunciatorum ponitur: ut magis dies est quam nox est. Declarans vero minus pronuntiatum est superiori contrarium: ut minus dies est quam nox est. Præterea enunciata illa secundum veritatem & mendacium sibi inuicem opposita sunt. quorum alter negatur ab altero: ut dies est: & dies non est. Coniunctum ergo verum est cuius oppositum principali intentioni dicentis resistit: puta si dies est lux est. Hoc verum est nam non lux quod dicitur oppositum desinenti repugnat ei quod dicitur dies est. Coniunctum aut falsum est cuius oppositum antecedenti non reluctatur: ut si dies est: Dion ambulat: nam non Dion ambulat non repugnat ei quod dicitur dies

est. Adiunctum autem verum est quod a vero inchoans in consequens definit: puta quoniam dies est: sol est supra terram. Falsum autem a falso incipit: aut non inconsequens definit: ut quoniam nox non est: Dion ambulat: si dicatur id de Die. Causale autem verum est quod a vero incipiens inconsequens definit: non tamen habet definiti initium consequens puta quia dies est lux est. Et, n. quod dicitur dies est. sequitur necessario lux est: sed quod dicimus lux est: non sequitur dies est. Causale vero falsum est quod siue a falso incipit: siue non inconsequens definit: aut habet initium definiti non respondens ut quia nox est Dion ambulat. Probabile pronunciatum est quod ad confirmationem inducit: ut si quod aliqua peperit: eius illa mater est. Est autem id falsum: neque enim auis ouis est mater. Præterea sunt alia possibiliter: alia impossibiliter: alia ite necessaria: alia non necessaria. Possibile quidem est quod probat verum esse his quæ sunt exterius non aduersantibus ne verum sit: ut viuit Diocles. Impossibile autem est quod verum esse probari non potest: ut terra volat. Necessarium est quod cum verum sit falsum esse non potest: siue potest quidem: sed quæ extrinsecus sunt falsum esse contradicunt: ut virtus utilis est. Non necessarium autem est quod & verum est: & falsum tamen esse potest: si exteriora non repugnent: ut ambulat Socrates Rationabile pronunciatum est: quod plures: ut verum sit occasionem habet: ut viuemus cras. Sunt item alia pronuntiatorum differentiæ: ipsorumque ex inuicem in falsa & conuersa incidet: de quibus latius dicemus: Oratio est: ut crinis ait quod constat ex maxima vel maximis: & assumptione & conclusionem. Est autem huiusmodi: si dies est: lux est: dies autem est: conclusio lux ergo est. Nam maxime est: si dies est lux est: dies autem est assumptio: conclusio lux ergo est. Modus autem est quasi orationibus figura huiusmodi: si primus & secundus: atqui primus est: est ergo secundus. Logotropos autem est quod ex utriusque componitur: ut si viuit Plato: spirat Plato: atqui primum est: ergo & secundum. Inuictum est autem id genus in plerisque verbis structuris necesse esset assumptionem longam conclusionemque dicere: sed tantummodo inferre: primum autem est: ergo & secundum Horatium vero alia quidem conclusionem admittunt: alia non recipiunt. Non recipiunt quibus oppositum conclusionis reluctatur maximæ connexioni: cuiusmodi est hoc. si dies est lux est: dies autem est: ambulat ergo Socrates. Quæ vero conclusionem admittunt partim quidem æquiuoce id genus conclusiue partim syllogistice. Syllogistice quidem sunt quæ siue absque demonstratione sunt: siue ad eas quæ sunt huiusmodi adducunt secundum aliquam vel aliquas positiones: sunt autem huiusmodi: si ambulat Dion: mouet ergo Dion. Conclusiue autem sunt specialiter quæ colligunt non syllogistice: ut falsum est: dies est & nox est dies autem est: non ergo nox est. Præter syllogismos autem sunt quæ probabiliter quidem syllogisticis adiacent: non autem concludunt: ut si equus est Dion: animal est Dion: non ergo animal est Dion. Orationum ite alia veræ sunt alie falsæ. Veræ quidem sunt quæ ex veris colligunt. ut si virtus predest. vitium nocet. Falsæ autem sunt quæ falsum aliquid in assumptionibus habent: siue non concludunt: ut si dies est lux est: dies autem est: viuit ergo Dion. Sunt quoque possibiles orationes & impossibiles: necessariaeque & non necessariae. Sunt et quæ per demonstrationem non egeant ἀποδείκτικα dicuntur. Alia quidem apud alios. Ceteræ apud Crisippum quinque ex quibus omnis oratio textitur: accipiunturque in concludentibus & syllogismis & in tropicis. Prima est huiusmodi in qua omnis oratio textitur: & exconiuncto antecedente a quo inchoat coniunctum quidpiam & definit inferre: ut si primus secundus: atqui primus: ergo secundus. Secunda est quæ per coniunctum & oppositum consequentis oppositam: habet antecedentis conclusionem ut si dies est: lux est: atqui nox est: non ergo dies est: Fit enim assumptio ex opposito consequenti. conclusioque ex opposito antecedenti. Tertia demonstratiua est quæ per negatam complexiorem & unum aliquid eorum quæ in complexione sunt: inferre oppositum reliqui: ut illud: non est mortuus Plato & viuit Plato: atqui

mortuus ē Plato: non ergo viuit Plato. Quarta est quæ per disiunctum & vnum corū quæ sunt in disiuncto oppositā: habet cōclusionem reliquā. vt siue primū siue sūm: atqui primū ē: non est ergo sūm. Quinta ē in qua oīs oratio cōstruitur ex disiuncto & vno opposito eorū quæ in distincto sunt: infertq; reliquum: vt siue dies ē siue nox est: non ē autem nox: dies ergo est. Nam in vero verū: sequitur sūm Stoicos vt dies est: lux ē. In falso falsum: vt nox est falso tenebræ sunt. & in falso verum: vt volare terram esse terram. Vero tamē falsum nō infertur. Nam dum dicimus esse terram: non sequitur: vt volet terra. Sunt item ambigua quædam orōnes obscuræ: ac latentes & foritæ & ceratides & vtides. Est autē obscura & inuoluta oratio huiusmodi. Nō duo quidem pauca sunt: nō etiam tria: non autem ista quidem: non autem & quatuor: atq; ita vsq; decem: duo autem pauca sunt: & decem igit. Si autem est oratio coniunctiua ex infinito: & finito constās assumptionem vero & conclusionem habens: vt si quis est hic: non est ille rhodius. Ac huiusmodi sunt in logicis stoici vt maxime asserant dialecticum solum esse sapientem. Omnis enim res per eam quæ in sermonibus est speculationē cerni quæq; ad naturā pertinet: & quæ ad mores logicæ egre adminiculo. Quid dicere oportet de rectitudine nominū: quo pacto statuerunt leges in operibus non possem dicere. Porro cū duæ sint consuetudines quæ virtuti subincidunt: alia qdem quid quodq; entū sit inspicit: alia vero quid vocet: atq; in hunc modū: de rationali philosophiæ pater differūt. Enimvero moralē philosophiæ partē in subiectos diuidunt locos: videlicet de appetitiōe: de bonis & malis: de perturbatiōibus: de virtute: de fine: deq; primā aestimatiōe: & de actibus: ac de officiis: de adhortatiōibus & hortatiōibus. In hunc autē modū subdistingūt. Chrysippus archedemus Zeno tarsensis Appollodorus Diogenes antipater & Possidonius. Nā Criticus Zeno & Cleantes: vt antiquiores simplicius ita tractarūt. At hi & rationalē naturalēq; philosophiæ partē diuiserūt. Primā autē hanc aiantis appetitiōē fuisse dicūt se ipsum tuēdi atq; seruādi: natura sibi ipsum ab initio ita cōciliatē: vt Chrysippus ait in p^o de finibus: primū p̄prium cuiq; aianti dicens sui ipsi⁹ fuisse cōmendatiōē huiusq; notionem. Neq; n. fas erat animal ipsum vel ab se alienū fieri: vel oīno id fieri: vel non sibi maxime p̄pinquū fieri. Restat vt dicamus hanc ip̄m sibi maxima cōcordia & caritate deuinxisse. Ita. n. & noxia p̄pellit: & quæ ad sui cōstantiam sunt vtilia suscipit. Quod autē dicūt quidā primā appetitiōem aiantibus ad voluptatē fieri falsum profecto ē. Accessiōē. n. dicūt si quid sit voluptatē esse: cū ipsam per se natura inq̄sierit & quæ cōmendatiōi suæ sunt accōmodata p̄cepit: quæadmodū exhilarescūt aīalia: virescūtq; arbores. Nihilq; aiunt differt natura in arboribus & aīalibus: qñ de illis absq; motu volūtatis: ac sensu disponit: & in nobis quædā eadē rōne fiunt. Cū vero ex sup̄fluo appetitiō aiantibus accesserit: qua vtētes peragant quæ sua sūt i eis qdē naturali cōstātia appetitiōē illā disponi. Ceterū cū rōnalibus p̄fectiore p̄cepto data sit ratio sūm eā viuere. s. recte fieri his quæ sūm naturā sunt: ea qppe artifex accidit moderatrixq; appetitiōis. Quocirca primus Zeno in libro de natura hoīs finem ait cōsentanee sūm naturā viuere. Id autē ē sūm virtutem viuere: ad eā quippe natura nos duci. Similiter & Cleāthes in libro de voluptate: & Possidonius & Hecato in libro de finibus. Rursus sūm virtutem viuere idem ē quod sūm peritiā eorū quæ secūdam naturā accidunt viuere: vt Chrysippus in primo de finibus ait. Partes enim naturæ vniuersi sunt naturæ nostræ. Idcirco finis efficitur consentanee secūdam naturā viuere secūdam suam omniūq; naturam: nihil eorū faciendo quæ a cōi lege prohibētur: quæ ē recta ratio in omnes perminēs: eademq; in Ioue hoc principe gubernationis omnium quæcumque sunt existente. Esse autem hoc ipsum fœlicis hominis virtutem & co-

piam: vitæ cum omnia geruntur fm concordiam cuiusq; genij pro voluntate gubernatiōis oīum. Diogenes igitur finē diffinite dixit rationi rite obtemperare in eis eligēdis quæ fm naturā sunt. Archedemus aut̃ nihil officiorū omittendo viuere. Naturā autē chrysippus quidē eā cui consentaneæ oporteat viuere: & cōem intelligit: & pprie hūanitatis. At vero Cleanthes cōem tm̃modo naturā suscipit: quā seq̃ oporteat non ēē particularē virtutemq; affectionē esse consentientē: & ipsā ppter seipsā esse virtutē: nō ob metum aliquem aut spē: aut aliquid eorū quæ sunt exterius: inq; ipsa cōstitutam ēē beatam vitā. Quippe cū sitaia insita ad cōsensionē totius vitæ. Perueriti aut̃ rationale aīal plerūq; exterioribus negocijs inductū: & quasi rationaliter persuasum: aliqñ autē ob præsentiū instructionē. Natura. n. occasiōes dat minime peruersas. Est autē virtus alia qdem cōiter oībus perfectio quædā veluti statua: alia inuisibilis veluti sanitas: & alia speculatiua vel intelligibilis. vt ē prudētia. Ait. n. Hecato in p^o de virtutib⁹ sciam qdem & speculatiuas quæ ex speculatiōibus constātiām habeāt: virtutes tueri: & prudētiām atq; iustitiā. Speculatione aut̃ vacātes eas quæ ita ferme per extēsiōē inspiciātur: vt illæ quæ ex speculatiōibus constāt: veluti sanitatē & robustitatē. Quippe & insipietiam q̃ ex in speculatiōis parte est seq̃ cōtingit: ac pferri sanitatē nō secus ac fornicis structuræ robur accedere: appellant̃ aut̃ ἀφωρητοι: quia cōsensiōes non habent sed accedūt: & circa ignauos sunt: vt sanitas & vires. Argumentū vero quod substantialis virtutis sit: ait Possidoni⁹ in p^o moralis orōnis q̃ in profectu fuerint Socrates Diogenes & Antisthenes. Esse aut̃ & vitium subsistēs: quia virtuti opponat̃. Docibile vero esse virtutē & Chrysippus in primo de fine dixit: & Cleātes & Possidonius in exhortatiōibus: & Hecato: q̃ aut̃ docibilis sit ex eo cōstat q̃ boni ex malis fiāt: Panætius quidē duas posuit virtutes contēplatiuam & actiua. Alij tres: rationalē: naturalem: & moralem. Quatuor Possidonius plures Cleātes Chrysipp⁹ & Antipater. Nēpe. n. Apolophanes vnā dicit virtutem prudētiām. Porro virtutū alias quidē primas: alias vero eis subiectas primas quidem: ac veluti princeps: prudētiām: fortitudinē: iusticiā: temperatiām: harū aut̃ in specie: magnanimitatem: continētiām: toleratiām: ingenium cōsiliū. Ac prudētiām quidem sciētiām esse bonorū: ac malorū: ac mediorum. Iusticiā vero sciētiām eorū quæ eligenda sunt: quæq; fugienda: quæq; sunt media. Cæteræ magnanimitatē sciētiām quæ habitū faciat celliorem oībus quæ contingere possint æqualiter bonorū: ac malorū. Continētiām vero affectionem inuiolabilē recte rationis: siue habitū voluptatibus insuperabilem. Porro toleratiām sciētiām siue habitum earū rerū qbus insistēdum sit: vel nō atq; mediarū. Ingenium aut̃ habitū celerem officij inuentorem. Cōsiliū vero sciam inspiciendi quæ nā & quo pacto gerētes vtiliter operemur: Cōsentaneū est aut̃ vitiorū quoq; alia prima: alia his esse subiecta: Puta imprudētiām: formidinē: iniusticiā: intēperantiā: incōtinentiamq; & hebetudinē & pessimū cōsiliū his esse subiecta: Esse aut̃ earū rerū ignoratiām vitium: quæq; sciētiā virtus sit. Bonū vero cōiter quidem id esse quod sit vtile: proprie vero siue idē: siue ab vtilitate nō alienū. Quocirca ipsam quoq; virtutem: & particeps ipsius bonū ita tripliciter dici: cuiusmodi sit bonum: ex quo cōtingit veluti virtutis actum. A quo aut̃ veluti studiosum virtutis participē. Aliter ita proprie diffiniūt bonum quod sit perfectū fm naturam ratioālis vel quasi rationalis. Huiusmodi vero esse virtutē: vt qui participēt sui actus virtutis ac ppos esse. Accessiōes vero ipsius gaudiū ēē & latitiā & similia. Eodē modo & ī malis aliud quidē esse imprudētiām: formidinē: iniustitiā & his similia: quæ autem participent viciosos ēē actus & malos hoīes: horū esse accessiōes mœrorē & angorē: & cætera in hūc modū. Præterea bona alia esse circa aīum: alia extrinsecus: alia neq; circa ani-

mum: neq; extra: & ea quidē quę sint circa aīum virtutes esse: virtutisq; actiones. Quę
 vero extrinsecus: sunt: nobilē habere p̄riam & amicū carę: atq; probū. Harūq; rerū co
 mitē fœlicitatem: quę vero neq; extrinsecus neq; in aīo sunt: quęq; ipsum sibi ipsi esse
 bonū ac fœlicē. Rursus aut̄ mala partim esse circa aīum: ipsa. s. vitia. actusq; vitiosos:
 partim extrinsecus: vt stultā habere patriā & stolidū amicū: & q̄ ista cōsequūtur infœli
 citatē: p̄tim neq; extrinsecus esse: neq; circa aīum. vt ip̄m sibi ipsi esse malū atq; infœlicē:
 Itēq; bona alia versari circa fines: & dici finalia: alia in effectū cōsistere: & dici efficiētia:
 alia utrūque simul eē: amicū quidem & quę ab ipso nobis pueniūt cōmoda efficiē
 tia esse bona. Porro cōfidentia & magnitudinē animi & libertatē & oblectationē & la
 ticiā & tranquillitatē omnēq; virtutis actum finis in pte esse: eūdē uero utrumq; simul
 esse. Nā ex eo quidē q̄ perficiunt fœlicitatē effectiua sunt bona: ex eo uero q̄ illā ueluti
 ptes ipsius implent ad finē p̄tinēt: Pari ratioe malorū quoq; alia esse finalia: alia effecti
 ua: alia in utrūq; modū se habentia. Inimicū nēpe & quę ab ipso exoriunt̄ incōmoda ef
 fectiua esse. Stupiditatē aut̄ & humilitatē & seruitutem & molestiā & mœrorē ac tri
 sticiā oēm q; actū malicię ad finē p̄tinere. Ea uero se utroq; mō habent. Nā & ex eo qd̄
 inferūt infœlicitatē effectiua sunt: & ex eo q̄ eā utpote ipsius partes implēt ad finē p̄ti
 nēt. Præterea bonorū animi alia hitus sunt: alia affectiōes: alia neutrū. Affectiōes qdē
 virtutes sunt: hitus at̄ studia. Porro actiōes neq; hitus neq; affectiōes sunt. Cōter aut̄
 bona sūt mixta: vt fœcūditas prolis & geta senectus. Simplex uero bonū est scia: ac sp̄
 quidē præsētia bona virtutes: nō semper aut̄. vt gaudiū deambulatio. Bonū aut̄ om̄e
 conducēs & oportunū & cōmodum & utile & aptū & pulchrū & iuuās & optabile &
 iustum esse. Conferēs quidē q̄ ea cōferat: qbus contingētibus emolumētum capim⁹:
 oportunū quod ea q̄ oportet cōtineat cōmodū quod ad id accōmodatum sit: vt exce
 dat emolumēto extrinsecus cōtracta cōmercia. Utile qd̄ vsū præstet utilitatis. Aptū
 uero quod laudabilē cōuenientiā operet̄. Pulchrū quod venustū: sui vsū prębeat. Iu
 uās quod tale sit: vt iuuare possit. Optabile quod eiusmōi: vt optione præposita meri
 tō id eligamus. Iustum uero quod iuri ac legi cōcordet: efficiatq; societates. Honestū au
 tē quod sit p̄fectū dicūt bonū quod oēs a natura quesitos habeat numeros: sitq; perfe
 cte moderatū. Et quattuor spēs tradūt: iusticiā: fortitudinē: tēperantiā: & sciām. Por
 ro his honestas actiōes cōsumari. Eadē itidē rōne turpe quod ē in spēs quattuor scindūt
 in iniusticiā formidinē intēperantiā & insipiētiā. Dicit aut̄ honestū vnice quidē quod pos
 sessores sui laudabiles facit: bonū dignū laude. aliter aut̄ bene & apte ad opus suū na
 tūm esse: aliter uero quod ornat cū dicimus solū sapiētem bonū: honestūq; esse. Dicūt
 aut̄ quod honestū sit id solū esse bonū: vt Hecato in primo de bonis ait: & Chrysipp⁹
 in libro de honesto. Id aut̄ esse virtutē & quod sit virtutis particeps cui equale illud est
 bonū omne qd̄ sit id honestūq; eē: honestūq; ac bonū tantūdem valere. Id aut̄ huic si
 mile est. Nā quia bonū ē honestū est: ē aut̄ honestum: bonū ergo ē: putant: & oīa bo
 na esse paria: bonūq; omne sūm opere esse appetendū: idq; nec augmētū suscipere nec
 detrimētū. Eorū aut̄ quę sunt aut̄ alia bona: mala alia: alia neutra: bōa quidē virtutes
 eē prudentiā iusticiā fortitudinē tēperantiā & cætera id genus: mala uero his opposita
 vitia imprudentiā iniusticiā & cætera. Neutra uero quę neq; prosunt: neq; obsūt: vt est
 vita: sanitas: pulchritudo: voluptas: robustitas: opes: gloria: nobilitas. & quę is oppo
 sita sūt: mors ægritudo: dolor: turpitudine: infirmitas: inopia: obscuritas: atq; ignobili
 tas & his similia: vt ait hecato in septimo de fine: & appollodor⁹ i ethice & Crylipp⁹.
 Non. n. eē ista bona: sed indifferētia per speciem pducta: sicut. n. caloris p̄priū ē calefa
 cere: nō refrigerare: ita & bōi p̄priū pdesse ē: & nō nocere. Nō aut̄ magis p̄sunt q̄ noce

ant opes atq; sanitas. Quo aut bene vti & male possumus: id bonum non est: diuitijs aut & sanitate bene & male vti possumus. Non est igitur bonum opulencia: & sanitas. Possidonius tamen ista quoque bona esse dixit. Sed neque voluptatem bonum dicunt & hecato in nomine de bonis: & Chrysippus in libris de voluptate. Esse. n. & fœdas voluptates: nihil vero fœdum esse bonum. Prodesse autem est mouere aut habere secundum virtutem. Contra vero nocere est mouere: aut habere secundum vitium. Duobus autem modis dici indifferentia. Vno quidem ea quæ neque ad felicitatem neque ad infelicitatem conferunt: ut sunt diuitiæ sanitas vires gloria & cætera id genus. Nam & sine his possibile est felicem esse: cum earum usus vel relictus felicitatis vel prauus infelicitatis auctor sit. Aliter autem dicuntur indifferentia quæ neque appetitum neque occasionem mouent: ut est vel pares in capite habere capillos: vel impares: vel extendere: vel contrahere digitum. Priora. n. quæ diximus indifferentia non ita se habent. Illa quippe & appetitum & occasionem mouent. Idcirco alia quidam ex eis eliguntur: cum cætera æqua ratione vel eligenda sint: vel fugienda. Porro indifferentium alia quidam producta sunt: quæ ὡρον ὑμενα dicunt. Alia abducta quæ ἀποῶρον ὑμενα vocant: producta quidam quæ habent existimationem: sequentia vero quæ existimatione careant. Existimationem vero alia quidam conferre aliquid ad cõsentaneam vitam: quæ circa omnem bonum est. Aliam vero mediã quandã vim aut usum conferre ad eam vitam quæ sit secundum naturam: cuiusmodi dicere possumus opes atq; sanitatem si quid afferant ad naturalem vitam. Aliam vero esse nunquam sapiẽtem. sed cauere. Cupiditati voluptatem contrariam dicunt quæ sit appetitio rationalis: quæadmodum igitur sub prioribus perturbatiõibus quædam adiunguntur: ira & sub primis affectiõibus. Namque voluntati adiungi beniuolentiam: placiditatem: lenitatem: dilectionem. Cautioni autem verecundiam: castitatem & cætera id genus. Gaudio iocunditatem læticiã æquanimitatem. Aiunt autem & sapiẽtem semper quietum esse: ac perturbationibus vacuum. Esse item & aliud sine passione malum. scilicet quod tantumdem valet: ac si dicatur durus & ad virtutis actiones immobilis. Fastu item vacare sapientem: quippe tantidem honorem & gloriam existimare quanti dedecus & ignominia esse: & perditum quolibet sine fastu. Quippe qui æque mouetur ad decus & ignominiam. Seueros item aiunt esse sapiẽtes omnes: quod neque ipsi loquantur ad voluptatem: neque ab alijs ad voluptatem dicta admittant: esse autem & alios seueros. qui ad rationem acrioris vini seueri dicantur: quo ad medicamentum potius quam ad proportionem utuntur. Sinceros item esse sapiẽtes obseruareque: & cauere sollicite ne quid de se melius quam sit commendare putemur fūco seu arte aliqua mala occultante: & bona quæ insunt apparere faciente: ac circuncidere vocis omnem fictionem: esse itemdem specie a negocijs remotos. Cauere. n. ne quid præter officium faciant: ac vinum quidam bibere: non autem inebriari. Nunquam item sanitate mentis excidere. Incidere tamen aliquando in phantasias monstruosas propter atrabilis redundantiã: siue ob delirationem non quidam deuiationem rationis: verum ex imbecillitate naturæ. Neque dolore capiendum sapientem quod is ægritudo sit animi ratione aduersante contractio: sic appollodorus ait in moralibus: diuinos quoque esse: quod in se ipsis quasi habeant deum. Malum vero & impium sine deo esse: quod duplici ratione accipitur: siue quod deo contrarius dicatur: siue quod aspernetur deum. Id tamen malis omnibus non cõuenire. Pios autem & religiosos esse sapiẽtes: peritos. n. esse diuini iuris omnes. Porro pietatem scientiam esse diuini cultus: dijs item eos sacrificia facturos castosque futuros. Quippe ea quæ in deos admittuntur peccata detestari: dijsque caros ac gratos fore: quod sanctique iusti que in rebus diuinis sint: solos vero sacerdos esse sapiẽtes: consulere quippe: ac decernere vero cum errore fuit: ut mutilare seipsum substantiamque projicere eadem ratione & de his quæ præter officium sunt. Præterea officiorum alia quidem semper efficienda sunt: alia vero non semper: & semper sane ut est interrogare atque respondere & ambulare: & eius generis omnia. Eadem & in

his quæ sunt præter officium ratio est. Est etiã in medijs officium: aliquod: vt est pueros obtẽperare pedagogis. Aiunt autẽ aiam octo in partes esse diuisam. Esse autẽ has illius partis quinque sensus vocalẽq; particulam & cogitabilem: quæ est ipsa mens & generandi vim. Enimvero ex falsis accedere mētis peruerfionem ex eaq; cõplures pullulare perturbatiões atq; incõstantiæ causas. Est autẽ fm Zenonem ipsa perturbatio irrationabilis: ac præter naturã animi motus siue appetitio abũdans. Porro perturbatio num supremaz: vt ait Hecato in secundo de perturbatiõib9: ac Zeno in eo quem scripsit itidẽ de perturbationibus libro quattuor esse genera: dolorem metũ concupiscẽtiam voluptatem. Putat autem perturbatiões: iudicia eẽ: vt Crysiippus in libro de perturbationibus ait Quippe auaritiã opinionem esse inherẽtem de pecunia q; honesta sit. ebrietatemq; itidẽ & intẽperantiã & cætera similia. Ac dolorem quidẽ irrationabilẽ animi cõtractionem esse. Eius autẽ species misericordiam: inuidiã: emulationem: zelotypiam: angorẽ: cõturbationem: tristitiã: mœrorẽ: confusionem. Misericordiã igitur egritudinem esse ex alterius miseria iniuriã laborãtis. Inuidiam vero dolorem esse in alienis bonis: æmulationẽ dolorem esse ex eo q; ali9 eo potiat quod quisq; cupierit. Zelotypiam ægritudinẽ esse ex eo venientem q; adsit alteri quod ipse quisq; habeat. Angorem vero ægritudinẽ esse premẽtem. Cõturbationem egritudinem esse angustãtem: difficultatemq; præstãtem. Tristitiã ægritudinem permanentẽ altius insitã animo atq; crescẽtem. Mœrorem ægritudinẽ laboriosam. Confusionẽ ægritudinem esse irrationabilem mordẽtem & præsentia conspici prohibẽtem. Timorem autẽ esse metũ impendentis mali. Porro ad timorẽ & ista referunt. metũ: pigritiam: pudorem terrorem tumultũ anxietatem. Esse autẽ metum timorẽ trepidationem faciẽtem. Pudorem metũ esse ignominia. Pigritiam metũ futuri laboris. Terrorem metum ex insuetæ rei imagine proficiscẽtẽ. Tumulum metũ esse cum adhæsione vocis. Cõcupiscẽtiam vero irrationabilem esse appetitũ cui & ista subincidunt. Indigẽtia odium contẽtio: ira: amor: iracundiã: ex candescẽtia. Est autẽ indigẽtia: cupiditas quædam cũ eo non potimur: qd cupimus ac veluti a re ipsa separata frustra vero ad illã nitens. Odiũ vero est cupiditas qua male cuidã optamus cũ pfectu aliquo & incremẽto. Cõtẽtio cupiditas quædã est ab electione pfecta. Ira libido puniendi eius ẽ qui laxisse videatur iniuria. Amor autẽ est cõcupiscẽtia quædã in præstãti ingenio viros nõ cadẽs: est. n. insidiatrix industrię & studij per apertã: ac se ingerentẽ pulchritudinẽ. Iracundiã est ira inueterata & plena odij vlciscendi tẽpus obseruãs: quod hisce verbis ostẽditur. Porro excãdescẽtia est ira nascens: & modico existens. Cæterę voluptas est irratiõabilis eius rei appetitus q; videatur expetẽda. Eius partes sunt delectatio: gaudiũ: in malis oblectatio: effusio. Est autẽ delectatio: voluptas: suauitate: auditus animũ deliniens. Insultatio autẽ voluptas in malis alienis. Oblectatio quædã est inductio animiq; inclinatio ad voluptatem emolliẽs. Effusio vero virtutis dissolutio est atq; remissio. Sicut autẽ in corpore sunt ægotatiões quædã veluti podagræ & articulorũ dolores: ita & in aĩo glorię appetitio imodica: & mulierositas & cætera eiusdẽ generis. Est autẽ ægotatio morb9 cũ imbecillitate. Morbus autẽ opinatio vehemẽs eius rei quæ videatur expetẽda: & sicut in corpore casu gignũtur ægritudines quas κατὰρροισιν καὶ διαρροιαῖς dicũt: putabilis & pituita: ita & in aĩo sunt quædã pcliuitates: vt inuidetiã: contẽtiones ac similia. Esse autẽ & bonas affectiões aiunt tres gaudiũ: cautionẽ: voluntatẽ: esse vero gaudiũ placidum & constãs contrariũ dolori: rationabilẽq; voluptatem. Cautionem vero malorũ declinationẽ cũ rōne timori contrariã quæ est declinatio sine rōne. Nã metuere existimationẽ probati vicissitudinẽ quacumq; statuerit peritus reg: vt verbi gratia com-

mutare cū ordeo triticū: esse igit̃ pducta quæ & existimationē habēt: ut in eis qdem
quæ ad aīum p̃tinet̃ īgeniū: artē: p̃fectum & his similia. In corporalib⁹ aut̃ uitā: sanita
tē: robur: bonā habitudinē: integritatem: pulchritudinē. In eis uero quæ sūt exterius
diuitias: gloriā: nobilitatē & his similia. Cōtra aut̃ superiorib⁹ ī his quidē quæ ad aīum
pertinet̃ obtusionem hebetudinē inertīā & his similia. Porro in corporalib⁹ mortē:
morbum: imbecillitatem: malā habitudinē. debilitatem: turpitudinē & his similia.
In exterioribus aut̃ paupertatem: obscuritatem: ignobilitatem & cetera ī hūc modū.
Neq; uero pducta sunt: neq; nō producta: quæ neutro se habēt modo. Præterea pro
ductorum alia qdē p̃ se ipsa pducta sunt: alia uero propter alia: alia & propter se ipsa:
& p̃pter alia: per se ipsa qdem: ut ingeniū: p̃fectus & similia: per alia uero ut diuitiæ:
nobilitas & cetera id genus: ob se ipsa uero & alia: ut ualentia uiuacitas sensuū incolu
mitas: per se ipsa quidē quia per naturā sunt: per alia uero quia nō modico usui sunt: eo
dem se mō habet abductū contraria ratioe. Officiū aut̃ id esse dicūt: quod cur factū
sit p̃babilis ratio reddi pōt: pertingere aut̃ id ad arbores etiam & aīantes. Notari nāq;
& in his officia. Categr̃ & a Zenone primo τοκαδικον ita appellatum officiū ex eo
q; per quosdā ueniat appellatiōe sumpta esse autē id actionē quādā naturalibus ap
paratibus propriam. Nā ex his quæ sūt appetitum gerūtur: alia quidē esse officia: alia
præter officium. Ea uero officia intelligenda quæ ratio faciēda suaserit: ut parentes ho
norate: fratresq; ac patriā tueri: amicos parare: illisq; adesse. Præter officiū sunt quæ ra
tio fugiēda suggererit: ut est parētes negligere: fratrum omittere curā: amicis nō consen
tire: patriāq; aspernari: & cetera in hunc modū: quæq; aut̃ ratio fieri: neq; vetat: ea neq;
officiū esse neq; præter officiū: ut est festuca tollere: tenere stilū: vrceum & cetera id ge
nus. Atq; Alia quidē officia esse absq; errore: alia cū errore. Sine errore quidē ut se sen
susq; tueri: & similia. Quæ de sacrificijs: tempore instructiōibus: Instructiōibusq; cæ
teris quæ sunt dijs gratissima. Colēdos itē parentes ac fratres post deos monēt: aiunt
aut̃ affectū & indulgētiā in filios ipsos esse naturalē malisq; inesse negāt. Peccata itē pa
ria existimant: ut chrysippus ait in quarto naturalium quæstionū per seipsum & zeno. Nā
si verū uero maius nō ē: nec falsum falso maius erit: ita nec fraus fraude nec peccato pec
catū: Nā & q centū stadijs abest a canopo & qui vno: æque in canopo nō sunt. Itaq; &
qui minus peccat & q amplius: eque in recto opere nō sunt. Heraclides tñ tarsensis an
tipatri tarsensis necessarius: atq; athenodorus imparia peccata dicūt. Accessus itē sa
pientē ad rep. nisi quid īpediat: ut chrysippus in p° de vitis ait. nāq; & vitia ppulsatur
& ad uirtutē excitatur ciues suos. Vxorem itē ductur procreādorū liberorū cā: ut ze
no ait in rep. Sapientē præterea nō opinatur. i. mēdacio nō accessur neq; assensur cui
q; cynicāq; sectam amplexur: esse. n. illam validā ac celerē ad uirtutē uiam: ut appol
lodorus in moralibus fatef. Gustatur insup humanas carnes si ita casu obuenerit: So
lūq; sapientē eē liberorū malos aut̃ suos: eē. n. libertatē p̃tatem operādī qua stulti & ma
li oīno careāt: eē aut̃ & seruitutē aliā quæ in subiectiōe cōsistat: & tertiā q in cōditiōe ac
subiectiōe sit: cui opponit̃ dñatio & ipsa mala. Nō mō aut̃ liberos esse sapiētes verū & re
ges. Cū sit regnū imperiū nemini obnoxiiū: qd de sapientibus solis asserit: ut chrysip
pus ait in libro q; zeno pprie sit usus noībus. Statuere. n. ait oportere p̃cipē de bonis
ac malis: hæc aut̃ malorū scire neminē. Siler ad m̃gratus & iudicia & oratoriā solos il
los idoneos: neminēq; malorū. Esse itidē & ī peccātes q ī peccata incidere nō possint: es
seq; inocuos: nā neq; alij s nocere neq; sibi: misericordēsq; nō eē: neq; ueniā alicui habere
neq; n. p̃uaricatos cōstitutos a lege cruciatus: nam cedere misericordiāq; & mansue
tudo ipsa nulla inest anime aduersus cruciatus simulatiōe benignitatis: neq; illos arbi

trari duriores. Sapientē nihil eorū admirari quæ videantur mirabilia & insperata vt charonia fluxusq; maris ac reflexus & fontes calētium aquarū atq; ignium euaporatiōes. Enimvero neq; solitarius inquit sapiens viuet. Est. n. socialis per naturā atq; actione gaudet: exercitationēq; suscipiet firmandi ac roborādi corporis cā: orabitq; inquit sapiens ac vota faciet bona a dijs postulās: vt possidonius in primo de officijs: & hecato in tertio de paradoxis aiūt. Dicuntq; itē amicitia solos inter bonos quos sibi inuicē studiorū similitudo cōciliet: posse consistere. Porro amicitia ipsam societate quandā esse dicunt oīum quæ sunt ad vitā necessariam: cum amicis vt nobis ipsis vtamur: obq; id amicū eligēdum p̄nūciāt: amicorūq; multitudinem inter expetēda ponūt: inter malos cōstare nō posse amicitiam: cū nemine stultorū esse litigādum: oēsq; stultos insani re: neq; n. prudentes esse: verū per insania æquale stultitiā oīa gerere: Sapientem oībus benefacere sicuti & ismeniam dicim⁹ tibijs oībus bene cecinisse. Sapientē quoq; cē oīa. Quippe perfectā illi potestātē a lege prestitam. Caterū malorū: ac stultorū quēdā esse quēadmodū & iniquorū aliter qdē ciuitatis: aliter vtentiū dicimus. Virtutes sibi iuncte ita eē cōnexas: vt q vnā habuerit oēs habeat: esse qppe illarū cōes speculatiōes: vt Chrysippus in p° de virtutib⁹: & Apollodorus i phylace fm antiquū morē: & Hecato i. iii. de virtutibus aiūt: q. n. p̄bus sit ea despicere & agere q̄ sint agēda: quē vero faciēda sint ea & eligēda esse & iustitēda & distribuēda & p̄seuerāda. Sequunt̄ aut̄ prudentiā quā dā cōsilioꝝ maturitas & intelligentia: tēperantiā vero ordinis cōstantia & ornatus. Iusticiā aut̄ æq̄tas & gratitudo: fortitudinēq; cōstātia atq; valētia. Placet aut̄ eis nullū inter virtutē & vitiū esse mediū. Peripateticis ecōtra iter virtutē & vitiū p̄fectū faciētib⁹: quēadmodū. n. lignū aut distortū aut rectū oportere eē aiūt: ita iustū vel iniustū: neq; vero iustū neq; iustū: at i ceteris sūt. At virtutē Chrysippus qdē amitti posse: Cleantes vero nō posse ait: ille posse amitti p̄ ebrietatē & atrā bilē: ille nō posse ob firmas: ac stabiles cōprehēssiones: ipsam vero eē eligēdā. Erubescim⁹ deniq; in his q̄ male agim⁹ adeo qd̄ sit honestū id solū scimus eē bonū: ipsamq; sibi sufficere ad bene beateq; viuēdū: vt ait Zeno & Chrysippus in libro de virtutibus: & hecato in secūdo de bonis. Si. n. inq; magnitudo animi sola sufficit: qua oībus fastigio mētis trāscendamus: ipsaq; pars virtutis ē. P̄fecto & virt⁹ sola sufficit ad beatā vitā: ea quoq; cōtēnens q̄ molesta vidēt. Panati⁹ tū & Possidoni⁹ virtutē minime sufficere dicūt. Verū opus ē bona valetudine & affluētia reꝝ & robore. Placet itē eis virtute sp̄ vti: sicuti Cleantes ait. Amitti. n. nō pōt: sempq; p̄fecto aīo vtef sapiēs. Natura quoq; ius nō positiōe cōstare. sicuti & regē & rectā rōnem: vt Chrysippus in libro de honesto ait. Videt̄ aut̄ eis ne dissonantiā quidē a philosophia discedere. Hac. n. rōne prius defecturā oēm vitā q̄ defuturā philosophiā: vt Possidoni⁹ in exhortatiōib⁹ ait. Liberales quoq; disciplinas esse magno vsui sapienti Chrysippus auctor ē. Placet itē illis nullū nobis ad aiantes ceteras ius esse ob naturā dissimilitudinē: vt Chrysippus in p° de iusticia: & Possidonius in p° de de officijs tradūt. Amaturū quoq; sapientē eos iuuenes q̄ p̄ferat speciem indolis: ingeniumq; ad virtutē aptissimū: vt Zeno in libro de repu. & Chrysippus in libro de vitis primo: & Apollodorus in libro de moralibus aiūt. Amore vero adminiculū beneficitiæ p̄pter apparētem venustatē: neq; cōgressus est verū amicitia. Nēpe. n. Thrasonidem & quidē cum haberet in potestate amatā: abstinuisse ab ea: ne odiretur. Esse igitur amorem amicitia nodum: vt Chrysippus in libro de amore ait: neq; eē eū in vitio: pulchritudinē: item virtutis esse florem: & cū triplex vitæ genus sit: speculatiuum: actiuū: & rationale: tertium istud eligendum dicunt. Quippe effectum a natura rationale: animal ad speculationē & actionem. Rationabiliterq; aiunt sapientem seipsum

educturum ex vita & patriæ & amicorū causa: siue inter acerrimos doloris aculeos: siue mēbroꝝ mutilatiōes: aut incurabiles morbos illi occumbēdum sit. Placet item illis vxores quoq; cōes esse oportere apud sapiētes: vt quilibet illi congregiatur: quę sibi prior occurrerit: vt ait Zeno in rep. & Crysiippus in libro item de rep. Diogene itidem Cynico: ac Platone huius cōitatis auctoribus. Oēs. n. patrum instar aqua caritate diligemus: tolleturq; adulteriꝝ suspicio & zelotypia. Eā vero rempu. esse optimā quā sit mixta ex regno & populari dominatu optimatumq; potentia atq; in moralibus quidē decretis huiusmodi sunt: pluraque huiusmodi tradunt non improbabili ratione subnixi. Verum ista summam: ac veluti per capitula & elementa tetigisse sufficiat. Cæterum phisicam rationem diuidunt in locum de corporibus & per principis & elementis & dijs & finibus & loco & inani. Et ista quidē per species diuidunt: generaliter aut in locos tres: de mundo: de elemētis: tertiūq; de causis. De mūdo locū in duas distinguī pātes dicunt. Vna. n. consideratione in ipsius ascisci societatem & mathematicos: per quā de fixis vagisq; syderibus disputant: puta si sol tantus sit: quantus videtur: & lunæ itidem quanta sit magnitudo: & de ortu occasuq; syderū: atq; cæteris huiusmodi quæstiōibus. Alteram eius cōsiderationē esse quā solis cōgruat phisicis. quā si quā sit illius substantia queritur: ac de sole vtrum genitus an ingenus sit: & vtrum aīatus sit: an vero inanimis corruptibilis ne an incorruptus: & prouidētia agatur: nec ne: ac in hunc modū de reliquis: Causalem quoq; rationē & ipsam esse bipartitā: Eius alteram speculationē medicorū esse cōm quæstionem: qua inquirunt de principali animā & de his quæ fiunt in aīo & de seminibus atq; eius generis cæteris. Reliquum vero mathematicos quoq; sibi vsurpare: quomodo. s. videmus: & quā sit causa perspicacis phantasiæ: qua ratione constet nubes tonitruaq; & irides & aræ & cometa & his similia. Videtur aut illis duo esse regū omnium principia: faciēs videlicet: ac patiens: quod igitur patit sine qualitate esse substantiam materiam quod aut faciat verbum deum eē: quod in ipsa sit. Hūc. n. quippe sempiternum per ipsam oēm singula creare. Pōnit autem hoc decretū Zeno Citicis in libro de essentia. Cleātes quoq; in libro de Atomis & Chrysiippus in primo phisicorū in fine. Archedemus quoq; in libro de elementis: & Possidonius in secūdo naturalis rationis. Differre aut aiunt principia & elementa: nā illa quidem ingenua esse & corrūpi non posse: elemēta vero per igneā euaporationem corrumpi: sed & incorporea esse principia: & ipsa informia: hæc vero formata. Corpus aut appellat Apollodorus in phisica quod secetur in tria in longitudinē latitudinē & altitudinē. Id aut & solidum corpus appellatur. Porro superficies est corporis finis: siue corpus longitudinē solam habens: ac latitudinē: sed carēs altitudinē. Hāc autem Possidonius in quinto de cælestibus & fm intelligētiam & fm substantiam reliquit. Linea planicie finis est siue lōgitudō absq; latitudine: siue corpus solam habēs lōgitudinē. Punctus aut est lineæ finis notaq; minima. Vnum quoq; deū esse: ipsumq; & mētem & fatum & Iouē multisq; alijs appellari noībus. Principio igitur illū cum esset apud se substantiam oēm per aerem in aquā conuertisse: & quemadmodū in foetu semen cōtinetur: ita & hanc ferendi rōnem in humore talē residisse: materia ad operandum aptissime parata: ex qua cætera post hæc gignerētur. Tum genuisse primum elementa quattuor. ignem: aquā: aerem: terram. Differit ista Zeno in libro de vniuerso. Chrysiippusq; i primo phisicorum: & Archedemus in quodā de elemētis. Est aut elemētum ex quo primo prodeunt quæ fiunt & in quod extremū soluūtur. Esse aut quatuor elemēta simul infectam seu incōpositam substantiam materiam. Esse autem ignē calidum: aquā humidā: aerem frigidum: terramq; aridā. Nō solum sed etiā adhuc in

aere inesse eandem partem. Summo igitur in loco ignem esse quem aethera dici oportet. In quo primum immobilium astroꝝ orbem esse natum. Deinde errantium: post hunc aera. Tum aquam: extremum autem omnium terram: quam mediam omnium esse. Mundum vero tripliciter dicunt ipsumque deum: quem ex omni substantia dicunt propriam qualitatem: qui & incorruptibilis: & ingenuus sit opifex tanti operis componendi: ut quod annis orbis suos peragat sol in se ipsum omnem substantiam consumens: ac eam rursus ex se ipso gignens. ipsumque ornatum celi mundum esse dicunt. Tertium quod sit ex utrisque compositus: & est mundus proprie qualitas vniuersorum substantiarum: siue ut ait Possidonius in metheoricis praeceptis. quod constat ex caelo & terra & terrenis caelestibusque naturis: siue quod constat ex diis & hominibus eisque rebus quae horum gratia conditae sunt. Caelum autem ex extrema circumferentia in qua diuinum omne fixum: ac locatum est. Mundum quoque regi: ac disponi secundum mentem: ac prouidentiam: ut Chrysippus ait in quinto de prouidentia: & Possidonius in tertio decimo de diis: mente per omnes illius partes pertingente: sicut & in nostra anima contigit: sed per alias magis: per alias minus. Per alias. n. veluti habitus recessit ut per ossa: ac nervos: per alias veluti mens ut per principale. Sic igitur & mundum totum qui aialis est & aialatus: ac rationalis habere principale suum aethera: ut ait Antipater Tyrius in octauo de mundo. Chrysippus autem in primo de prouidentia: & Possidonius in libro de diis: coelum aiunt principale esse mundi. Cleantes vero solem. Chrysippus autem rursus a se dissidens in eodem purissimum dixit: ac liquidissimum aethera: quem et primum asserunt esse deum sensibiliter veluti infusum esse per aera omnia: cunctasque aiantes & arbores: per terram autem ipsam secundum habitum. Vnum esse mundum & hunc finitum rotunda globosaeque figura. Namque ad motum esse homini orbem aptissimum: ut ait Possidonius in quinto de ratione physica: & Antipater in libris de mundo. Extra ipsum autem circumfusum esse vacuum imensum: quod sit incorporeum. Incorporeum autem id esse quod a corporibus contineri queat: non autem contineatur. Porro nihil in mundo esse vacuum sed inter se mirabili esse unitate deuinctum. Id. n. cogere caelestium ad terrenam concordiam & congruentiam. De vacuo autem differit Chrysippus in libro de inani & in primo naturalium artium: & Apollodorus in physica. Apollodorusque & Possidonius in secundo rationis naturalis. Esse autem incorporea ista similia. Tempusque praeterea esse incorporeum: quod interuallum sit mundani motus: huic praeteritum quidem esse infinitum ac futurum praesens autem finitum. Placet autem eis corruptibile esse mundum quippe genitum eorum ratione quae per sensus intelliguntur. Cuius & partes sunt corruptibiles: & totum. Partes autem mundi corruptibiles sunt. In se. n. inuicem mutantur. Est igitur corruptibilis mundus: ac quicquid mutari in deterius potest corruptibile est: & mundus autem huic mutationi & corruptioni obnoxius est. Namque & liccat & in humorem soluitur. Mundum vero fieri cum ex igne substantia per aerem versa in humorem fuerit. Deinde crassior ipsius pars effecta fuerit: terra porro subtilior in aerem cesserit. Eademque magis: ac magis extenuata in igne euaserit. Tum ex his permixtis exortas esse animantes: & arbores & alia genera mundanae creaturae. De generatione igitur & corruptione mundi: & Zeno in libro quod de toto inscribitur disputat: & Chrysippus in primo physicorum: & Possidonius in primo de mundo. Cleantesque & Antipater in. x. de mundo. Porro Panætius corruptibilem asserit mundum: quod autem sit animal mundus & rationale & aialatus: & intelligibile: & Chrysippus in primo de prouidentia differit & Apollodorus in physica & Possidonius. Sic autem animal quod sit substantia animata sensibilis. Animal. n. eo quod non sit animal praestantius est. Nihil autem mundo praestantius est. Est ergo animal mundus Porro animatum esse inde manifestum est: quod anima nostra inde veluti auulsa sit. Boethus autem ait non

esse animal mundum. Vnum autem esse & Zeno in libro de toto: & Chrysippus & Apollodorus in naturalibus & Possidonius in primo naturalis rationis tradunt: omne autem dicitur: ut ait Apollodorus. Mundusque & secundum alterum modum id quod ex mundo & exteriore vacuo constat: Mundus igitur finitus est. Sed inane illud infinitum. Ceterum sydera illa quidem quæ fixa sunt cum cælo toto vna circumferri. Errantia autem suis motibus agi. Porro Solem obliquum iter peragere per signiferum orbem. Lunamque similiter nunc plenam esse: nunc cornibus fulgere. Esse autem Solem quidem purissimum ignem: ut ait Possidonius in decimo septimo de celestibus. Ac terræ molem sua magnitudine vincere ut idem ait in decimo sexto naturalis rationis. Esse item orbiculare ad mundi rationem idem ipse auctor est. Ignem ergo esse quod omnia ignis peragat munera: maiorem autem terræ globo quod omnis ab illo illustretur. Neque ipsa modo sed etiam cælum. Id & quod Terra coni instar: umbram faciat maiorem esse significat. Omnibus autem ex partibus cerni propter magnitudinem. Lunam vero plus habere de terra quippe quæ illi propior est. Nutrirī autem hæc ignea & astra cetera. Solem quidem ex mari magno quod sit intellectualis vapor. Lunam vero ex potabilibus undis: quod sit permixta aeris: ac vicina terræ: ut Possidonius in sexto de ratione naturæ ait: ex terra cetera. Putant & sydera globosa esse & immobilem terram. Lunamque proprio carere lumine. Sed id a sole mutuari. Deficere autem solem quidem cum ante illum ex ea parte qua terras respicit se apposuerit luna: ut in libro de toto scribit Zeno. Apparet enim quoniam ex concursione mutua illum occulit: rursumque restituit. Notatur id maxime per vas æreum patens in quo sit aqua: lunam vero cum in terræ inciderit umbram: quocirca tunc solum hoc defectu laborare: cum plena fuerit: & quidem cum per diametrum soli mensibus singulis obiecta sit. Nam cum obliquo motu contra solem moueatur. Latitudine differt: cum vel ad australem: vel ad septentrionalem vergit plagam: cum tamen illius latitudo ad solis & eam quæ media interiacet latitudinem venerit. Deinde fuerit. emensa solem: tunc deficit. Mouetur autem eius latitudo per ea quæ media sunt in Chelis & scorpio & ariete & thauro: ut ait Possidonius. Deum vero esse animal imortale: rationale: perfectum siue intellectuale beatum: a malo omni remotissimum: prudentia sua nundum & quæ sunt in mundo disponens omnia non tamen inesse illi humanæ formæ linamenta. Ceterum esse quidem opificem imensi huius operis: sicuti & patrem omnium. Communiter autem & ipseus partem: quæ per omnia penetret: eamque multis appellari nominibus iuxta proprietates suas. Namque Iouem dici quod omnia viuunt: eumque gratæ Δία appellari: quod per ipsum sint omnia. Enndem ἔρῆνα vocari: quod vitæ omnium sit auctor αὐτορῆνα autem quod in æthere distentum sit principale eius ipsum ἡρῆνα vero quod in aere. ἡφαίστιον quod in artificiali igne. καὶ ποσειδῶνα quoque quod in humore. ἀνδρῆνα quæ quod in terra. Similiter & appellationes alias probabili quadam ratione interpretati sunt de diuina substantia. Zeno ait nundum totum atque cælum. Chrysippus quoque in primo de diis: & Possidonius in primo de diis: & Antipater in septimo de mundo: aeriam ipsius substantiam tradunt. Boethus autem in libro de natura dei substantiam fixorum syderum dixit: naturam vero aliquando quidem exponit quæ continet mundum. Aliquando vero quæ germinare humum facit: nascique super terram omnia. Est autem natura habitus ex se ipso motu accipiens iuxta seminalē rationalem: efficiensque & continens quæque ex ipso sunt statutis diffinitusque temporalibus: eaque faciens a quibus discreta per naturā est. Hanc autem & voluptati præferre cōmodum quod ex hominibus constat opificio. Fato autem fieri omnia Chrysippus in libris de fato: & Possidonius in secundo de fato & Zeno: Boethus quoque in primo de fato tradunt. Est autem fatū cōnexa regum series siue ratio per quam mundus administratur. Diuinationē item omnem autem

